de duobus dicit᷉ alius de multis. Ve interiectio dolentis eſt ſine oe. Ve coniũctio diſiũcti ua. præmiũ. Cũ diphthõgo. Pretiũ p. t. ſine. œ. Veteres. n. maioris rei ſermõis cũ diphtõ go et quadã dignitate ſcribi uoluerũt: precari eſt autem rogare: deprecari ẽ pugnare et ex cuſare. Virgilius equidem merui nec deprecor. Cicero quid faciet hortẽſius auaritiæ ne Crimina frugalitatis Laudibus deprecabitur? Nubo nupſit ſcribo ſcripſit. Cum uocalis ſequitur. b. eſſe debet conſonãs. p. Fides de fidelitate dicitur. fidis de corda. Diſertus ora tor eſt deſertus derelictus. Delator qui deffert ad accuſandũ: dilator qui differt ad profe rendũ. Traducta eſt getulis: nec ducit arena nocentes: & delator habet quod dedit exili um. Deluit pugnat deluit temperat. Liuius de morte mitrydatis quod cum diluiſſet. ad uerſũ te aduerſatius aduerſus te imitator In Velus ut accutũ ſit. quia nomẽ ex ſono uo/ cis accipit. Deduco de amico producendo: diduco eſt autem diſtraho. Derectũ inrectũ uadens. Directum in latera arreptum partem nomen eſt partim aduerbium Faſtus de ſu perbia et facit genitiuũ faſtuũ faſtus de libris: et facit faſtorum. Expectratur uenturus Spectatur qui uidetur: uel probatur: Apparet qui uidetur: aſt paret qui obſequitur: non regulæ rationẽ ſed diſernendi intellectus gratia. Hercules Achilles ueteres recto caſu p e: ſcribebant genitiuo per. i. Et omnia huiuſmodi nomina breui ſyllaba coniunctiuus modus præteriti perfecti et futuri.

Verimus coniũctiuo modo tempore præterito perfecto. fuerimus eodem modo tempore futuro cum diceres uerbo actiuo coniunctiuo modo diceris uerbo paſſi uo indicatiuo modo. Miramur opera. admiramur uirtutes Labium ſuperius di/ citur. Labrum iferius. Roſtrum non eſt niſi quod incuruum eſt. Exercitus laboribus. ex ercitatus ſtudiis. Minores res eſſe aliquas aut homines dicimus. Nam minores emptum aut exiſtimatum aliquid recte dicimus: ſicut eſt pluris quod maioris ſumma taxat᷉. Plu res de multitudine ſcribimus: plures de comparatiui gradu Cicero unus plures prædo/ num duces cepit ſeruilius quam cæteri: poſitiuum habet multi ſuperlatiuum: plurimi: cepit de capiendo: cœpit de incipiendo ſcribimus. Vterque uenit utriq; ueniunt: Cicero iubeo promi utroſq; binos ut habeam: qui delphica Comparia uaſa ſemp ſunt: unde ipſe Cicero dicebat: ſciphorum paria complura. Queritur de inquirendo: queritur deploran do dicimus: & ſic quæſtus lucri & quæſtus lachrymarũ. Poculũ uas eſt potio quod hau/ rit᷉. Cicero accepto poculo ſubito in media potione exclamauit. Demediatum Calicem bibi non de medium dicere debemus non enim ipſe uas bibis: ſed quod intra uas ẽ: Olim & condam & aliquando tria tempora tenent præteriti: præſentis & futuri: affatim iueni untur exempla: præſentis demus quod difficile uidetur. Tumidus quod fluctibus olim tundit᷉. Quondam etiam uictis reddit imprecordia uirtus. Expergiſſimini aliquando & capeſcite rem. p. Conſcribere eſt multa ſimul ſcribere. Exſcribre quod ab aliis ſcriptum ſit trãſferre trãſcribere cum ius noſtrum in altum tranſit: inſcribere accuſationis eſt uel oc caſionis: adſcribere ſignificationis eſt. Deſcribere dictionis uel ordinationis deſcribere dictionis. Extruere eſt in altũ ſtruere. Inſtruere aciem uel actionem. Adſtruere affir/ mare. Conſtruere ſtruendo coniungere: Subſtruere eſt aliqua ſubterſtruere ſuperpoſi ta re Memini me facere dicere debemus: non memini me feciſſe. Nam memini ſermo eſt totus præteriti temporis qui ante factam rem in præſens reuocat. & ſi dixeris memi/ ni me feciſſe duo præterita ſimul iungis. Cicero memini me pamphilum. Libytani/ um mihi narrare ſolitum. Idem infra reſpondi metello ut debui & memini me di/ cere. Terentius ego illam uidi uirginem forma bona memini me uidere. Virgilius cantando ſolitum memini me condere ſoles. Idem memini me aruncos ita ferre ſenes & multis præterea in locis: neque inuenitur ubi ab aliis magnis auctoribus memini

ita poſitum ſic:ut non addatur aut etiam aut aliquantus ſermo qui præſens tempus re/
ſtituat. Niſi uno loco & quaſi hoc mirabile: Namque ſub œbaliæ memini me turribus
altis Choritium uidiſſe ſenem: quod poetæ pro neceſſitate metri licuit uſurpare. Inſtar
illius rei dicere debemus non ad inſtar. Quæritur ab aliquantis quare .l. littera inter
liquidas poſita ſit. cum uelut ſola ſyllaba haberi uideat̃ ac propter hoc dicta ſit ſuæ cuiuſ
dam poteſtatis eſt. Aliæ autem liquide in ipſo concurſu litteraꝝ & ſermonum. Ita cõglu
tiantur ut pene interire uideantur. Hæc ratio apud latiũ unde latinitas dicta ẽ & orta &
maior populus & magis egregiis artibus pollẽs tuſci fuerunt: qui de linguæ ſuæ .G. litte
ram raro exprimunt: hæc res fecit habere liquidam. Arbor omnem lignum dicitur: ar/
bos non niſi fructifera hora dierum: ora profiniunt pignora rerum: pignora filiorum &
affectionum: columbæ quæ manſuetæ fieri poſſunt: & domibus adſueſcere. Pallumbes
feræ arboribus feræ & ſiluis ſaxiſq; inhabitantes. robur arboris. Veniunt qui uendunt ue
neunt: qui uenduntur. Conſueſcimus bona iuſueſcimus mala adſueſcimus utraq; Cõti
gunt bona accidũt mala: eueniunt utraq;. Fungi agere eſt. defũgi eſt defficere uel pera/
gere. Adoleſcere augumenti eſt: inoleſcere coagumenti eſt. Exoleſcere uaneſcẽtis ẽ. Aue
næ ſteriles germen eſt. Habenæ dicuntur retinacula iumentoꝝ hoc de habẽdi poteſtate
illud de occupãdi auiditate dictum. Deuncem decem untias diuncem .xi. pulcritudo for
mæ i uiris dignitas. Vnde Cicero pro celio quis non poſſit huic ætati atq; huic dignitati
& ſi ſine ſuſpicatiõe: at non ſine argumẽto maledicere. In fœmininis aũt honeſtas dicit̃
Vnde Ter. de horrido & ſene eunucho: illũ ne inhoneſtũ hominem ambulare? Formoſi
tas uero in luxurioſis. Vt formoſũ paſtor Id ſe pronomen dignitatis: iſte abiectionis. Do
nũ dantis eſt munus accipientis. Illud adando: hoc amuniendo uel amouẽdo dicimus
has manus huius hominis dicimus: hanc manum multos homines cõiungere. Coargu
ere eſt: Coercere & compenſare. Arguere oſtẽdere & patefacere. Vir. degeneres animos
timor arguit unde argumenta dicunt̃ quæ cauſam cauſæ oſtendũt: ſunt ſermones ut ita
dixerim comunes duos ſibi contraria ſignificãtes. Vector eſt ille qui portat & q portat̃
Hoſpes eſt qui recipit & qui recipitur. Sacer eſt uenerãdus & execrandus. Vir auri ſacra
fames. Vultus eſt uindicatus & punitus. Gratia & bene & male rei cauſa nã ſic dicimus
amicitiarum ut beneficii gratia. Ita ut ſaluſtius opprobrii gratia Cicero religioni & ſup/
plicii gratia colendam & fruendam tradiderat. Et Ter. qui referam ſacrilego illi gratiã?
Sufragia populi & quæ honorant dicuntur & quæ donatur. Cicero de præfectura urba
na. Iſtum uis ullis populi ſuffragiis erripere nõ potuit? Donamus & illud qđ damus &
illum cui damus: Afficimus honore afficimus iniuria. Elleuamus & quæ in altũ attolli/
mus & quæ aleuiamus leuiora facimus. Subducimus: & q̃ retro ſubtrahimus & q̃ iprõ/
ptu offerimus: bello. Catilinæ optimum quẽq; in primam aciem ſubduxit pudet & quæ
de alterius facto & quæ de ſuo: inadelforum libris Eſchini ubi eum pudet patris non an/
te confeſſum. Supremus ſummus & ultimus: & ſuperiorem & inferiore ſignificat. Altũ
& quod ſurſum eſt & quod deorſum: procul & lõge & prope ſignificat. Clipeo excuſſa ſa
gitta proculq; egregium cantorem. Damnatus & adictus & obligatus uel potius abſo/
lutus. Virgilius quem damnat labor aut quo & cætera ideſt Virtus ſua abſoluat aut ui
ctorem faciat. Nunquam enim Virgilius in duobus locis unam rem ponebat. Præſer
tim cum aut interponeret coniunctionem diſiunctiuam. Idem ipſe alio loco damnabis
tu quoq; uotis: ſicut uoti reus dixerat. Hic ita & abſoluẽdos dixit. Vnde & iure damnas
iſtius & iſtum eſto ligatum dicit̃. hoc eſt ſoluendo: eſto iſtum quod ſolui omnibus mo/
dis neceſſe eſt: & ſi res aliena ligatur. In præpoſitio utriq; caſui ſeruit. Cum in loquelas
tranſit fit etiam communis intellectus. Nam & ſatis & parum factum aliquid uel non

factum dicimus. Sic ut impotẽs & īfractus. Latere & abſcõſum eſſe aliquid dicimus : &
late patere. Virgilius & ſcuta latẽtia cõdunt: & torua ſolum ſub fronte latebat. Horrẽdũ
dicimus deſpicabile aliquid. & admirãdũ. Virgilius oculos horrẽda ĩ uirgine fixi. Ad/
uocatur daturus patrocinium. Inuocatur præſtaturus auxiliũ. Euocat̃ præbiturus obſe
quium. Illuuies ſordidum eſt. Ingluuies uẽtris: Illud quidem alauãdo hoc ab ingluuiẽ/
do dictum. Torres lignum præuſtum. Torrẽs aqua prærupta decurrẽs. Cõmonemus
preterita admonemus preſentia: monemus futura. Ne multas ſignificatiões habet ut ne
quære doceri. Ne longa aduerbiũ prohibẽdi. ne breuis cõiunctio diſiunctiua: ut eſt homi
nes neſere ne: Ne lõga cõiunctio cauſalis ut ẽ ne tenus pluuiæ. & ne ſubeãt herbe. Teme
ritas ſine cõſilio dicit̃: audatia poſt cõſiliũ. Velocitas pedũ & corpoꝝ: celeritas aĩoꝝ atq;
factoꝝ. Gaudiũ animi atq; leticia ẽ: exultatio membroꝝ atq; factorum. Vlcus eſt quod
naſcitur uulnus quod ab alio ĩfertur. Viuum de uĩcturo dr̃ uiuẽtem de morituro. Na/
ſcitur quod de utero decedit: Enaſcitur quod de terra aut de aqua exurgit. Adducit̃ qs
ad rem inhoneſtam.: ꝓducitur ad ſtudia deducitur ad honorẽ. Eluxit qui luctũ deponit
illuxit cum lumẽ apparuit. Nuntiatur de lõginquo: denũtiatur de præſenti: adnũtiatur
de futuro. Annũtiatur de excuſando & repudiãdo Cicero renũtiata eſt tota cõditio. De/
portare deponere: ad portare eſt aliquid afferre. cõportare re unum locum cõferre: expor
tare tollere. Tẽperãtia eſt animoꝝ temperatio reꝝ. Tẽperies uẽtoꝝ. Paſſim aliquid inue/
niri rerum de re corporali recte dicimus: affatim de re aliqua incorporali. primum enim
de ĩceſſu: illud de affatu dictũ. Lepus aĩal eſt: Lepos iocũditas uoluptatis: unde & gra/
tum aliquid lepidum dicimus. Lepos eloqui. Recipimus aliqd differẽdum rogati ſuſci/
pimus noſtra ſpõte: aſpicimus ſurſum: cõſpicimus: Palam: reſpicimus: retro ĩſpicimus ĩ
tus. Præterea præteriti tẽporis. Saluſtius nunq̃ hiſpanos preterea tale facinus facere au/
diui. Tẽporis futuri præterea haud ſuſpecteris. Eo uerbũ primæ pſonæ: facit eo: is it. eho
aduerbium ĩterrogantis eſt: Ter. eho parmeno noſti: eo etiã aduerbiũ loci ut ſi dicis eo re
dactus ſum: heu: ĩteriectio dolẽtis ẽ: eu laudãtis. Ter. eu formio. heu aduerbiũ uocãtis.
eu reſpõdẽtis. eo eſt ĩteriectio iubẽtis uel hortãtis. Ter. eo puer curre ad bachidem. Limẽ
ædium eſt: limes regionũ. Arundo cãna eſt ab arũditate dicta. hirundo auis eſt: q̃ tignis
adhæret hirudo ſãguiſuga dr̃: Spirare uiuẽtis eſt: expirare mori. Pertinatia male rei. per
ſeuerãtia bonæ Cõſeqmur ſtudio: obſeqmur officio. pſeqmur iniuria: ſubſeqmur ordinẽ
adſeqmur uoto. Nihil aduerbiũ nihil nomẽ ẽ: nemo. n. momẽti: nullus. nihil dr̃: Genus
familiæ gentẽ regionẽ recte dicimus. Lætamur de nr̃is: gratulamur de alienis. Hoc gra/
tificãs lætitia Cicero dicit. Neq; iſtius hoĩs pditi ſubdita lætitia. q̃ huius hoĩs ampliſſimi
noua gratulatio diuitiis eũ cõmouebat. Herbulum locum dicimus ĩ quo herba eſt. & ſi
aridus eſſe cõſueuerit: Herboſũ q herbã facile generat: etiã ſi ad tẽpus aridus ſit. Sic aq̃ti
cũ potionẽ recte dicimus q̃ aquã aliunde recipit. aquoſũ locũ quod ex ſe aquã fũdat. Ita
& meritã potionẽ meroſum: aut uinũ appellamus. Attollit aggerat ſcribẽdũ eſt: ĩ cõpoſi
tiõe. n. ad præpoſitio accuſatiui caſus corripit̃ cũ ſeruire loqualis ĩcipit quãdo ea muta ſe
qt̃: ĩtegra ãt pmanet quãdo ſemiuocalis ut adficit adripit: huius rei ratio redẽda ẽ. Voca
les oĩs uocis prĩcipes ſũt: & dominæ litteraꝝ. q̃ ſint uniuerſa fortiora naturaliter faciũt.
ſubiecta & adiecta ſibi ꝓtegũt: æqualia aũt & reſiſtẽtia ellidũt: Nã quomodo nõ nunq̃ ĩ/
ter ſe colliſſa frãguntur ĩterdum & ſinaliphã faciunt: Ita conſonãtes ſibi creditas conſer/
uãt: quaꝝ uirtutẽ neceſſe eſt: ut ſemiuocales imitatæ uicinas ſibi mutas tueant̃. Quærit̃
ab aliquãtis qd diſtat inter ſup: & ſupra: & ſubter: & ſubtus: ſuper eſt quod eminet ſupra
quod ſubſtratũ aliquid habet. Itẽ ſubter eſt qd re aliqua ſupiore premit̃: & cõculcat̃: ſub
tus eſt quod demiſſum altius non contingitur. Sinum dicimus exterius ſumare ue recep

taculum. Gremiū ueſtis receptaculum iterius iacens ſecretum. Vir. pandentéqꝫ ſinū:&
tota ueſte uocantem: Ceruleū ingremiū. gremiū aūt dicit᷑ acōtrario: ab igreſſu difficili. ſi
milia procedunt: ſicut adytū & penum & penetrabile eo ꝙ adiri & penetrari raro ſoleant
Largitas humanitatis eſt largitio ambitionis. Craſſari in corporeis ē & ſanguineis. Graſ
ſari autem animi: aut crudelitatis. Album natura tantum eſt: Candidū de ſtudio: Nam
& corpori & animo aliquotiens aſignat᷑. albos ergo capillos: Carmen candidū recte dici
mus. Muliebre dicimus a muliere aliquid factum: Mulierariū per mulieres ordinatum
& per uiros geſtum. Iuuentus ipſa hominis ætas & iuuenta ipſa dea ut græce dicitur aut
poetice: Iunonis aut uxor herculus aqua iunium menſem appellatum in libris priſcorum
legimus. Delictum peccatum aliquando dicimus. delectum militiæ: aut alicuius rei exa
minis delectionem appellamus. Nam dilligi affectionis eſt: deligi iudicii eſt: Inter como
datum & mutuatum nō nihil diſtat. Comodamus amico pro tempore equū ſeruū ueſtē
hanc ipſam rem quam dedimus recepturi Mutuo damus pecuniam: triticum: uinum &
his ſimilia: quæ mutuo data recipi neceſe non eſt: Ligat quis uinculo: legat teſtamento
Loqui ē hominis: obliqui ē obtrectatoris: ſicut obicit opponit. Adloqui ſuadentis eſt: uel
hortātis: uel blandiētis. eloqui oratoris. Percuſſum corpore dicimus. perculſum animo
Cicero de ſignis tāquam illa face perculſus eſſe. Effert᷑ qui portatur: & efferunt qui lau/
dando extollunt. Idem cicero nimium hæc illi fortaſſe efferunt. Diſcrimen ad piculū pti
net & id experimentum. Indigenes hoīes dicuntur: īdigetes dii. Idē indigetes unde geni
ti dii. Circūpedes ſunt obſequia ſeruoꝝ: ante pedes amicoꝝ. Inſcita arbor ē cui īſciſſæ alie
num germen includit᷑. Ad ſcita cui incolumi aliquid ſuſtineat adiungit᷑. Horatius quia
populus ad ſcita ſurgit: quippe quæ uitibus maritantur. Fremor ē rumor hominū fremi
tus ferarum. Flauum dicimus rubeum ſicut flaua ceres. furuum nigrū furuæ reginæ ꝓ/
ſerpinæ: fuluum rubeum & nigrum: furmū ſuperbum. fuluū leonem: & fuluam aquilā:
& fuluum aureum ut fulua pugnas nube tuentem: quæ haberet igneum de celeſti & ſor/
didum de lugubri: Aut certe de ænea iracundiam de turno Triſtitiam: Fuluum certe au
rū cui ad decorē ſplēdoris ſui īgeniti aliquid addat᷑. Poſtulat᷑ aliquid de honeſtate poſci
tur īprobe. Cicero īfrumētaria īcipiūt poſtulare poſcere minia. Aluus uiroꝝ recte dr̄. Vte
rus mulieꝝ. Venter utroqꝫ modo. Suplicia de tormētis dicimus & precibusi duinis.

## DONATI VIRI CLARISSIMI DE OCTO PARTIBVS ORATIONIS EDITIO SECVNDA.

Artes orationis ſunt octo: Nomē. Pronomen: Verbū: Aduerbiū: Partici
piū: Coniunctio. Præpoſitio: Interiectio. Ex his duæ ſunt pricipales par/
tes orationis: Nomen & uerbū. Latini articulum nō adnumerāt: Græci i
teriectionem. Multi plures: multi pauciores: partes orationis putant.
Verum ex his tres ſunt quæ ſex caſibus inflectuntur. nomen pronomen
& participium

### De Nomine.

Omen eſt pars orationis cū caſu: corporis aut rem proprie cōmuniter ue ſigni/
ficans. proprie ut Roma: tyberis cōmuniter ut urbs & flumē: Nomini accidūt
ſex. qualitas. cōparatio: genus: numerus: figura: caſus. Nomē unius nominis
appellatio multaꝝ uocabulū ꝑū ē. Sed modo noīa generaliter dicimus. Qua
litas noīum bipertita ē: Aut. n. ꝓpria ſunt nomina aut appellatiua: Proprioꝝ nominum
ſecundū latinos quattuor ſūt ſpecies. prænomē: nomē: cognomē: & agnomē. ut. P. cor
nelius Scipio africanus. Omnia prænoīa aut ſingulis litteris notant᷑ ut. C. Cæſar. L. Ca
tilina aut binis ut. Cn. Pōpeius aut ternis ut Sex Roſus. Appellatiuoꝝ nominū multæ
ſunt ſpecies. Alia. n. ſūt corporalia ut homo: terra: Mare: Alia īcorporalia ut pietas iuſti

cia:dignitas. Alia ſunt primæ poſitionis ut mons:ſchola. Alia deriuatiua ut montanus
ſcholaſticus. alia dimunitiua ut mōticulus ſcholaſticulus. Diminutiuoꝝ nominum tres
ſunt gradus quoꝝ forma quo magis minuitur creſcit ſæpe numerus ſyllabaꝝ. Sunt etiā
quaſi diminutiua quoꝝ origo non cernitur ut fabula:macula:tabula:uinculū. Et ſūt no
mina tota græce declinationis ut temeſco:caliſpſo:pan. ſūt tota conuerſa i latinā regulā
ut polydeus:polux:odyſſeus: Vlyſſes. Sunt in græcam latināq; formāquæ notha appel
lant̃ ut achilles. agamēnon. Sunt alia Omonima quæ una appellatione plura ſignificat
ut nepos:acies:ries. Sunt etiā alia ſimonina uel polionima ut terra:humus:tellus: enſis
mucro. gladius: alia patronymica ut pelides:atrides. Hæc & ab auis & a patribꝰ ſepæſi
unt. in his quæ græca ſūt ſiue maſculina ſiue fœminina fuerint græcā magis ſeruabimus
regulam. alia hoꝝ maſculina aut in des exeunt ut atrides ab atreo: aut in ius ut peleius:a
peleo. aut in ion ut nerion a Nereo. fœminina aūt aut in is exeunt ut atreis: aut ī as ut pe
lias: aut in e ut nerine. Sunt alia thethica. ideſt poſſeſſiua quæ in ius exeunt ut euādrius
enſis. Agamēnoniæ mycenæ. Et alia mediæ ſignificatiōis & adiectiua nominibus ut ma
gnus:fortis: dicimus. n. magnus uir: fortis exercitus Hæc etiā epitheta dicunt̃. Alia qua
litatis ut bonus malus. alia quantitatis ut paruus magnus. Alia gentis ut græcus hiſpa/
nus. alia patriæ ut thebanus: Romanus. Alia numeri ut unus: duo. alia ordinis ut primꝰ
ſecundus. Sed primus de multis de duobus prior dicitur. Sicut de duobus alteꝝ dicimus
Ita de multis alium. Sunt alia ad aliqd dicta ut pater: frater. Sunt alia ad aliquid quodā
modo ſe habentia ut dexter ſiniſter: Hæc & cōparatiuū gradū admittūt: nō deſtrior & ſi
niſtrior ſed deſterior & ſiniſterior. Sunt alia generalia ut corpus animal. Alia ſpecialia ut
lapis homo. lignū. alia facta de uerbo ut dictor: factor: lector. Alia ſimilia participiis: ut
demēs: ſapiens: potens. Alia uerbis ſimilia ut comedo: palpo: contemplator: ſpeculator.

## De Comparatiuo.

Omparationis gradus ſunt tres poſitiuus: Cōparatiuus. Superlatiuus. Poſiti/
uus ut fortis. Comparatiuus ut fortior. Superlatiuus ut fortiſſimus. Sed cōpara
tiuus gradus generis eſt ſemper cōmunis. cōparantur aūt noia quæ aut quali/
tatē aut quantitatē ſignificāt. ſed non omnia nomina p omnes gradus exeūt. Aliquādo
enim poſitiuus tantū inuenitur ut mediocris. aliquando poſitiuus & cōparatiuus: ut ſe/
nex ſenior. Iuuenis iunior p ſyncopā. Aliquādo Poſitiuus & ſuplatiuus ut pius piiſſimus
Nam pro ſecūdo gradu magis aduerbiū ponit̃: ut magis pius. Aliquando cōparatiuus
& ſuperlatiuus ut ulterior ultimus. Aliquando ſuperlatiuus tantū ut nouiſſimus. Extra
hanc formā ſūt ut bonus & malus & magnus. Dicimus enī bonus melior optimus. ma/
lus peior peſſimus. magnus maior maximus. Cōperatio nominū proprie ī comperatiuo
& ſuplatiuo gradu ē cōſtituta. Nā poſitiuus pfectus & abſolutus ē Sæpe aūt cōparatiuus
gradus præponit̃ ſuplatiuo ut ſtultior ſtultiſſimo: & maior maximo. Sæpe minus poſiti
uo ſignificat q̄uis recipiat cōparationē ut mare pōticū dulcius q̄ cætera: Sæpe idē propo/
ſitiuo poſitus minus a poſitiuo ſignificat q̄uis recipiat cōparatione & nulli cōparat̃: Vt
iam ſenior ſed cruda deo uiridiſq; ſenectus. Sūt noia ſignificatiōe diminutiua intellectu
cōparatiua: ut grādiuſculus: minuſculus. mauſculus. Cōpatiuo & ſuperlatiuo tā aut mi
nus aut minime aut magis aut maxime addici non oportet. Adiciunt̃ aūt poſitiuo tantū
Dicimus. n. tam bonus: tā malus: minus bonus: minus malus: minime bonus: minime
malus: magis bonus: magis malus:: maxime bonus: maxime malus. Cōparatiuus gra/
dus ablt̃ō caſui adiūgit̃ utriuſq; numeri. Sed tū hoc utimur cū aliquē uel alieno uel ſuo
generi cōparamus: Vt hector fortior Diomede: uel audatior troianis fuit: Dicimus aūt
fortior hic quā ille. Suplatiuus aūt genitiuo tantū plurali adiungit̃. Sed tūc hoc utimur

cum aliquem ſuo generi comparamus ut hector fortiſſimus troianorum fuit: Plerumq;
ſuperlatiuus propoſitiuo ponitur & nulli comparatur ut Iupiter optimus maximus: In/
terdum comparatiuus nominatiuo adiungitur doctior hic quam ille.

Enera nominũ ſũt quattuor: Maſculinũ Fœmininũ Neutrũ Cõmune. Maſculi/
nũ eſt cui numero ſingulari caſu nomĩatiuo pronomẽ uel articulus præponit̃ hic
ut hic magiſter: Fœmininũ eſt cui numero ſingulari caſu nominatiuo pronomẽ
uel articulus præponit̃ hæc ut hæc muſa. Neutrũ eſt cui numero ſingulari caſu nõ ꝓno
mẽ uel articulus præponit̃ hoc ut hoc ſcamnũ. Cõe ẽ qđ ſimul maſculinũ fœmininũq;
ſignificat: ut hic & hæc ſacerdos: Sed ex his uel principalia uel ſola genera duo ſunt maſ/
culinũ & fœmininũ: Nam neutrũ & cõmune de utroq; naſcũt̃. Eſt etiã triũ generũ comu
ne qđ omne dicit̃: ut hic & hæc & hoc fœlix. Eſt epicœnon ideſt promiſcuũ qđ ſub una
ſignificatiõe marem ac fœminã cõprehẽdit: ut paſer & aquila: Sũt præterea alia ſono ma
ſculĩa ĩtellectu fœminĩa ut eunuchus comœdia: horeſtes tragœdia: cẽtaurus nauis Alia
ſono fœminina ĩtellectu maſculina. Vt feneſtella ſcriptor: aquila orator. Alia ſono neu/
tra intellectu fœminina ut phroneſiũ glyceriũ: ſophroniũ quæ mulieres ſũt. Alia ſono
fœminina ĩtelleſtu neutra ut poema ſchema. Alia ſono maſculina ĩtellectu neutra ut pe
lagus uulgus. Sũt præterea nomĩa ĩſingulari numero alterius generis & alterius in plu/
rali: ut balneũ: tartarus: cælum: porrũ: cepe: loca: fori: nauiũ. Sũt item nomina ĩcerti ge
neris ĩter maſculinũ & fœmininũ ut cortex: radix: ſilex: finis: ſtirps: pinus: pampinus:
dies. Sũt ĩcerti generis ĩter maſculinũ & neutrũ: ut frenus: clipeus. uulgus: ſpecus. ¡Sunt
nomĩa ĩcerti generis ĩter fœmininũ & neutrũ ut buxus: pyrus: pinus: malus. Sed neutro
genere fructũ fœminino ipſas arbores ſæpe dicimus Sũt etiam genera nominũ fixa. ſũt
mobilia. Fixa ſũt quæ ĩ alterũ genus flexi nõ poſſũt: ut pater: mater: frater: ſoror. Mobi/
lia aut propria ſunt & duo genera: ex ſe faciunt. ut caius caia: Martius martia. Aut ap/
pellatiua ſunt & tria genera faciũt. ut bonus. bona. bonũ. malus mala malum. Sũt item
alia nec ĩ totũ fixa nec ĩ totũ mobilia. ut draco. dracæna: leo læna: gallus: gallia: rex: regi
na. Sũt diminutiua quæ nõ ſeruãt genera. quæ ex nominibus primæ poſitiõis acceperũt
ut ſcutũ. ſcutella. piſtrinũ. piſtrilla. canis. canilla. rana ranunculus ſtatua. ſtatunculus.
Nomẽ ĩ. a: uocalẽ deſinẽs nomĩatiuo caſu numero ſingulari aut maſculinũ ẽ ut agrip/
pa: aut fœmininũ ut martia aut neutrũ ut toreuma: ſed tamẽ græcũ ẽ: aut cõmune ut ad
uena. Aut epicœnõ: ut aquila. Nomẽ ĩ. e. uocalẽ deſinẽs nominatiuo caſu numero ſingu
lari aut fœmininũ græcũ ẽ ut euterpe: aut neutrũ ut ſedile. Nomẽ ĩ. i. uocalẽ deſinẽs no/
minatiuo caſu numero ſingulari aut neutrũ græcũ eſt ut gũmi. ſynapi. Aut triũ generũ &
aptoton ut frugi. nihili. Nomẽ ĩ. o. uocalem deſinẽs nominatiuo caſu numero ſingulari
aut maſculinũ eſt ut Scipio. Aut fœmininũ ut Iuno: aut cõe ut homo. Nomẽ ĩ. u. uocalẽ
deſinẽs nõ caſu numero ſingulari tantum neutrum eſt ut cornu: genu: gelu: ueru. Sed
hæc nõia & quæ ĩ cõſonãtes deſinũt diuerſas regulas & multiplices habẽt. Numeri ſũt
duo ſingularis & pluralis. Singularis ut hic ſapiẽs. pluralis ut hi ſapientes. eſt & dualis
numerus qui ſingulariter enũciari nõ poteſt ut hi ambo: & hi duo. Sũt etiam nomina nu
mero cõmunia ut res. nubes dies. Sunt ſemper ſingularia generis maſculini ut puluis ſã/
guis: Sũt ſemper pluralia ut manes. qrites. Sunt ſemper ſingularia generis fœminini ut
pax lux. Sũt ſẽp pluralia ut kl'nedæ: nũdinæ. feriæ. quadrigæ. nuptiæ. ſcalæ. ſcopæ. Sũt
ſemper ſingularia generis neutri ut pus. uirus. aurũ argẽtũ. oleũ. ferrũ. triticũ: hæc & fe
re cetera quæ ad mẽſuram põdus ue referũtur. q̃quã multa cõſuetudine uſurpata ſũt: ut
uina mella. ordea. Sũt ſemper pluralia eiuſdẽ generis ut arma. menia. floralia. ſaturna/
lia. Sũt quædam poſitiõe ſingularia. ĩtellectu pluralia ut populus. cõuẽtus. contio. plebs

multitudo. Sũt quædã poſitione pluralia ĩtellecta ſingularia ut athenæ: cumæ: thebæ:
mycenæ. Figure nominibus accidũt duæ: Simplex & Compoſita. Simplex ut do/
ctus prudẽs. Cõpoſita ut ĩdoctus: imprudẽs. Componũtᷣ autem nomĩa modis quattuor
ex duobus ĩtegris ut ſuburbanus: ex duobus corruptis ut efficax: municeps: ex ĩtegro &
corrupto ut ĩeptus. ĩſulſus. ex corrupto & ĩtegro pĩnipotẽs: nugigerulus. Componũtᷣ
etiam ex pluribus ut ĩ expugnabilis imperitus. Indeclinatiõe compoſitoꝝ nominũ ani/
maduertere debemus quod ea q̃ ex duobus nominatiuĩs compoſita fuerit per oẽs caſus
ex utraqꝫ parte declĩari poſũt ut eques romanus. prætor urbanus. Quæ ex nomĩatiuo &
ex quolibet alio caſu compoſita fuerit ea parte declĩari tãtũ qua fuerit nomĩatiuus caſus
ut præfectus equitũ. Senatus cõſultũ. prouidẽdũ eſt autem ne ea nomĩa componamus q̃
aut cõpoſita ſũt aut componi omnino nõ poſſũt. Caſus nominũ ſũt ſex nominati/
uus: genitiuus: datiuus: accuſatiuus: uocatiuus: & ablatiuus. Ex his duo recti appellãtᷣ
nomĩatiuus: & uocatiuus. Reliqui aũt obliqui: ablatiuũ græci nõ habẽt. hũc ꝗdam ſep/
timũ nõ nulli ſextũ caſũ appellãt. Eſt aũt nomĩatiuus ut hic Cato: genitiuus huius cato
nis: datiuus huic catoni: accuſatiuus hũc catonem: uocatiuus. o cato: ablatiuus ab hoc
catone. Quidam etiã adſumũt ſeptimũ caſũ q eſt ablatiuo ſimilis: ſed ſine præpoſitio/
ne. ab ut ſit ablatiuus caſus ab oratore uenio: ſeptimus caſus oratore magiſtro utor.

Sũt autem formæ caſuales ſex: ex ꝗbus ſũt nomĩa. Alia monoptota: alia diptota: alia
triptota: alia tetroptota: alia pẽtaptota: alia hexaptota. Sũt præterea hæc aptota quæ ne
que per caſus: neqꝫ per numeros declinãtᷣ: ut frugi. nihili. neq̃. fas. nefas. nugas: In qua
forma ſũt etiam nomĩa numeroꝝ a quattuor uſqꝫ ad cẽtũ. Nam ab uno uſqꝫ ad tres per
omnes caſus numeri declinãtᷣ. Item a ducẽtis & deinceps præter mille. Sũt & nomina
quorum nominatiuus ĩ uſu nõ eſt: ut ſi quis dicat hũc laterem ab hac dictiõe. Item per
cæteros caſus nomĩa multa deficiũt ut ſpõte: tabo: Sũt præterea nomĩa quorum alia ge/
nitiũ caſũ trahũt ut ignarus belli: ſecurus armorum. Alia datiuũ ut inimicus malis: con/
gruus paribus. Alia accuſatiuum ſed figurate ut exoſus bella: præſcius futura. Alia ab/
latiuum ut ſecũdus a romulo. alter a ſylla. Alia ſeptimũ caſum: ut dignus munere ma/
ctus uirtute. Omnia nomina ablatiuo caſu numero ſingulari qnqꝫ litteris uocalibus
terminãtᷣ: ſed ea dum taxat quæ nõ ſũt aptota. In illis enim regula nõ tenetᷣ. Quæcũqꝫ
nomĩa ablatiuo caſu ſingulari a littera fuerit termĩata genitiuũ pluralem ĩ rum. ſyllabã
mitunt datiuum & ablatiuum in is: ut ab hac muſa: harum muſarum: his & ab his mu/
ſis. Neceſſe eſt autem contra hanc regulam ut declinentur ea nomina. in quibus genera
diſcernẽda ſunt ut ab hac dea: harum dearum. his & ab his deabus: ne ſi diis dixerimus
deos nõ deas ſignificare uideãtur. Quæcũqꝫ nomina ablatiuo as ſingulari. e. littera cor
repta fuerint terminata genitiuum pluralem in. um. ſyllabam mittunt: datiuum & ab/
latiuum in. bus. ut ab hoc pariete: horum parietum: his & his parietibus. Contra hanc
regulam inuenimus ut ab hoc uaſe: horum uaſorum his & ab his uaſis. Si uero. e. produ
cta fuerint terminata genitiuum pluralem in. rum. ſyllabam mittunt. datiuum & abla/
tiuum in bus ut ab hac re harum rerum: his & ab his rebus. Sed hæc regula propriæ fœ
minini generis putatur. Quæcũqꝫ nomĩa ablatiuo caſu ſingulari. i. littera fuerint termi/
nata genitiuum pluralem in. ium. mittunt: datiuum & ablatiuum in bus: ut ab hac pup
pi: harum puppium: his & ab his puppibus. huiuſmodi nomina. caſum accuſatiuũ plu/
ralem propter differentiam melius in. is. q̃ in. es. ſyllabam terminant: ut ab has puppis
nauis: clauis: quia puppim: nauim: clauim: & nõ puppem: nauem clauem. Eorũ autem
nominum quæ genitiuo caſu plurali in. ium. ſyllabam exire poſſunt trina regula eſt. Pri
ma eorum eſt quæ nominatiuo caſu ſingulari. n. &. s. litteris terminantur: ut mons mõ/

tium. Altera eo℞ quæ ablatiuo caſu ſingulari.e.correpta finiuntur & fœminina ſunt:ut
ab hac clade harũ cladium his & ab his cladibus:& ab.hac cæde:harũ cædium his & ab
his cædibus. Tertia eorum quæ ablatiuo caſu ſingulari.i.littera terminantur ut ab hac
reſti.harum reſtium his & ab his reſtibus. Sed hæc regula etiam accuſatiuũ ſingularem
interdum per.im.ſyllabam terminat ut hanc reſtim:& hanc pupim.horũ multa cerni/
mus conſuetudine commutata. Quæcũqȝ nomina ablatiuo caſu ſingulari.o.littera fue/
rint terminata genitiuũ pluralem in.rum.ſyllabam mittunt:datiuũ & ablatiuum in.is.
ut ab hoc docto horum doctorum:his & ab his doctis. Contra hãc regulam inuenimus.
ut ab hac domo harum domo℞ his & ab his domibus:& ab hoc iugero horũ iugerorũ:
his & ab his iugeribus. Sed ſcire debemus multa quidem ueteres aliter declinaſſe:ut ab
hac domu:harum domuum:his & ab his domibus.& ab hoc iugere:horum iugerũ his
& ab his iugeribus. Verum meminerimus euphoniam indictionibus plus interdũ ualere
q̃ analogiam:& regulam præceptorũ. Quæcunqȝ nomina ablatiuo caſu ſingulari.u.lit
tera fuerint terminata genitiuũ pluralem in um.ſyllabam mittunt gemina.u.littera da/
tiuum & ablatiuum i n bus ut ab hoc fluctu.horum fluctuũ his & ab his fluctibus. Nam
nihil neceſſe eſt retinere.u.litteram & fluctibus dicere:cũ artibus neceſſitate dicamus:ne
quis nos artes non artus ſignificare uelle exiſtimet: In hanc regulam non ueniunt:ut di/
ctum eſt:aptota nomina:ut fas:nefas:nequam:nihili. Non ueniunt tantum pluralia ut
ſaturnalia:uulcanalia:compitalia. Non ueniunt quæ a græcis ſũpſimus:ut emblema:
epigramma. Schema:poema:ſtemma. Nam huius formæ nomina ueteres etiam fœmi
nino genere declinabant: In his regulis Analogia uel ex collatione poſitorum nominũ:
uel ex diminutione cognoſcit̃. Memnierimus hæc græca nomina ad græcam formam
melius declinari:& ſi illa non nulli ad latinos caſus conantur inflectere. Duodecim aũt
litteris omnia nomina latina caſu nominatiuo numero ſingulari terminant̃ uocalibus.
quinqȝ:a.e.i.o.u. Semiuocalibus ſex.l.m. n.r.s.x: Muta una.t. A.ut.tabula.e.ut ſedile
.i.ut frugi.o.ut ratio.u.ut genu.l.ut mel.m.ut ſcamnũ.n.ut flumen.r.ut arbor.s.ut
flos.x.ut nox.t.ut caput. quidã adiiciunt.c.ut lac & allec.

## De Pronomine.

Ronomen eſt pars orationis quæ pronomine poſita tantundem pene ſignificat
perſonamqȝ interdum recipit. Pronomini accidunt ſex qualitates: Genus: Nu/
merus: Figura: Perſona: & Caſus. Qualitas pronominũ duplex eſt: aut enim fi
nita ſunt pronomina: aut infinita. Finita ſunt quæ recipiunt perſonas.ut ego tu.ille. Infi
nita ſunt quæ non recipiunt perſonas:ut quis:quæ:quot. Sũt etiam pronomina minus
q̃ finita ut ipſe: iſte. Sũt præpoſitiua ut quis:hic. Sunt ſubiectiua ut is:idem. Sunt alia
gẽtis ut cuias:noſtras:cuiatis:noſtratis. Alia ordinis ut quotus:totus. Alia numeri ut
quot.tot. Alia ad aliquid dicta ĩfinita quæ nec perſonam nec locũ nec tempus deſignãt
ut cuius:cuia:cuiũ. Alia ad aliquid dicta finita:ut meus.tuus:ſuus:hec etiam poſſeſſiua
dicunt̃. Sũt item alia qualitatis:ut qualis talis: Alia quantitatis.ut quãtus: tantus.
Sunt alia demonſtratiua:quæ rem præſentem notant:ut hic hæc hoc.alia relatiua quæ
rem abſentem ſignificant.ut is:ea:id: Sũt alia magis demonſtratiua.ut eccum.eccam:
ellum. Genera pronominibus ita:ut omnibus accidũt pene omnia: Maſculinum ut q̇s
fœmininũ ut quæ: Neutrũ ut quod: Commune ut qualis talis. Triũ generum ut ego:
tu:ſui. Numerus accidit pronominibus uterqȝ. Singularis ut iſte. Pluralis ut iſti. Sũt eti
am numero cõmnnia:ut qui:quæ.dicimus enim qui uir & qui uiri.quæ mulier & quæ
mulieres. Sũt pronomina tota ſingularia ut meus:tuus:ſuus. Sũt tota pluralia:ut noſtri
ueſtri. Ex parte ſingularia:ut mei:tui.ex parte pluralia:ut noſter ueſter. Figura etiam

in pronominibus duplex eſt. Aut enim ſimplicia ſunt pronomina ut quis. Aut compoſi/
ta ut quiſquis: Nam compoſita pronomina ſecundum formam nominum ex ea parte
declinantur. qua pronomen fuerit caſus nominatiui cuius rei exempla ſunt hæc: quiſqs
quiſnam: quiſpiam: aliquis: & cætera. Nam idem quod conſtat ex duobus corruptis: cū
producitur maſculinum pronomen eſt. cum corripitur neutrum hic correptum prono/
men eſt: hic productum aduerbium loci. Perſonæ finitis pronominibus accidunt tres
Prima ut ego. Secunda ut tu. Tertia ut ille. Sed prima perſona & ſecunda generis ſunt
omnis & perſona prima in hoc pronomine cum eſt numeri ſingularis non habet uocati/
uum caſum pluralis uero habet. Caſus item pronominum ſex ſunt quemadmodum
nominum. Nominatiuus ut hic: Genitiuus ut huius: Datiuus ut huic: Accuſatiuus
ut hunc: Vocatiuus ut o: ablatiuus ut ab hoc. Sũt pronomia: quæ non per omnes caſus
declinantur: ut eccum eccam ellum: cuius: cuia: cuium: cuiatis. noſtratis. Sũt etiam alia
ſine nominatiuo & uocatiuo ut ſui ſibi ſe a ſe: hæc etiam numeri ſunt communis. Sunt
item ſine uocatiuo ut ego: mei: uel mis: michi: me: a me. Nullum autem pronomen reci
pit comparationem quamuis qualitatem aut quantitatem ſignificet. Inter pronomi/
na & articulos hoc intereſt quod pronomina ea putantur: quæ cum ſola ſint uicem nomi
nis complent: ut quis: ille: iſte. Articuli uero cum pronominibus. aut nominibus aut
participiis adiunguntur ut hic: huius: huic: hunc. O. ab hoc. & pluraliter hi: horum: his
hos: O. ab his. Hæc eadem pronomina & pro articulis & pro demonſtratione ponũtur
neuter: uter: unus: omnis: alter: alius: ullus: ambo: uterque. Sunt qui nomina: ſunt qui
pronomina exiſtimant. Ideo quod Articulis in declinatione non indiget.

## De Verbo.

Erbum eſt pars orationis cum tempore & perſona ſine caſu: aut agere aliquid
aut pati: aut neutrum ſignificans. Verbo accidunt ſeptem: Qualitas: Con/
iugatio: Genus: Numerus. Figura: Tempus: Perſona: Qualitas Verbo
rum in modis & formis eſt. Modi autem ſunt: ut multi exiſtimant: ſeptem. Indicatiuus
qui & pronuntiatiuus dicitur: ut lego. Imperatiuus ut lege. Promiſſiuus: ut legam.
Sed nos hunc modum non accipimus. Optatiuus ut utinam legerem: Subiunctiuus
ut cum legam. Infinitiuus: ut legere. Imperſonalis ut legitur. Sed hunc modum qui
dam pro genere ac ſignificatione uerbi accipiunt. Cuius uerba aut in tur: exeunt: aut in
it: aut in: et. Sed quæ in tur: & in it: exeunt hæc ab indicatiuo oriuntur: ut lego legitur.
contingo: contingit. quæ autem in. et exeunt duas formas habent. Alia enim ab īdicati/
uo ueniunt. ut miſeror miſeret. Alia a ſe oriuntur: ut pudet: tedet: Pœnitet: libet: quam/
uis ueteres dixerint pudeo: pœniteo: & tedo: Qualitas uerborum etiam in formis eſt
conſtituta quas formas allii uerborum generibus ideſt ſignificationibus admiſcent.

Formæ igitur quattuor ſunt: perfecta: Meditatiua: Incohatiua: Frequentatiua.
Nam & in his græca latina deficit. Perfecta. ut lego. Meditatiua: ut lecturio. Frequen
tatiua: ut lectio. Inchoatiua ut ferueſcho caleſco. Sed frequentatiua uerba ſemper pri/
mæ coniugationis ſunt. Inchoatiua non per omnia tempora declinantur: quia quæ in
cohantur præteritum tempus non habent & oriuntur a neutralibus uerbis. Sunt eti/
am frequentatiua de nomine uenientia. ut patrizat. græcizat. Sunt quaſi diminuti/
ua quæ a perfecta forma ueniunt. ut ſorbillo. ſugillo. Sunt ſine origine perfectæ for/
mæ. ut pitiſſo uacillo. & frequentatiua ſæpe in tres gradus deducunt uerbum. ut cur/
ro. curſo. curſito. Sæpe in duos tantum: ut uolo uolito. Sunt uerba inchoatiuis ſimi/
lia. quæ inchoatiua non eſſe temporum conſideratione dignoſcimus. ut compeſco. com

peſcui. Sunt item alia inchoatiua quæ a perfecta forma ueniunt: ut horreo. horreſco.
Sunt quæ originem ſui non habent ut conſueſco: quieſco. Coniugationes uerbis acci
dunt tres: Prima: Secunda: Tertia ¶ Prima eſt quæ indicatiuo modo tempore præſen/
ti numero ſingulari ſecunda perſona uerbo actiuo & neutrali: a productam habet ante
nouiſſimam litteram. paſſiuo communi & deponenti ante nouiſſimam ſyllabam: ut uo
co: uocas: uocor: uocaris: & futurũ tempus eiuſdem modi in bo: & in bor: ſyllabã mittit:
ut uoco: uocabo. uocor: uocabor ¶ Secunda eſt quæ indicatiuo modo tempore præſen/
ti numero ſingulari ſecunda perſona uerbo actiuo & neutrali. e. productam habet ante
nouiſſimam litteram paſſiuo communi & deponenti ante nouiſſimam ſyllabam ut mo/
neo: mones: moneor: moneris: & futurum tempus eiuſdem modi in bo: & in bor: ſylla/
bam mittit: ut moneo: monebo. moneor monebor ¶ Tertia eſt quæ indicatiuo modo tem
pore præſenti numero ſingulari ſecunda perſona uerbo actiuo & neutrali. i. litteram in/
terdum correptam interdum productam habet ante nouiſſimam litteram paſſiuo com
muni & deponenti. e. correptam uel. i. productam habet ante nouiſſimam ſyllabam: ut
lego legis & legor legeris: audio audis & audior audiris: & futurum tempus eiuſdem
modi in am: & in ar: ſyllabam mittit ut lego: legam: legor: legar: audio: audiam: audior
audiar ¶ Eſt altera ſpecies tertiæ coniugationis: quæ. i. producta enuntiatur: hanc non
nulli quartam eſſe coniugationem putant: quod futurum tempus eiuſdem modi in am:
& in ar: in bo: & in bor: ſyllabam mittit: ut Seruio ſeruis ſeruiam ſeruibo. Vincio uin/
cis uinciam uincibo. Vincior uinciris uinciar uincibor. Quod quidam refutantes ne/
gant in bo: & in bor: rite exire poſſe tertiam coniugationem: niſi in eo uerbo: quod in pri
ma perſona indicatiui modi temporis præſentis numeri ſingularis. e. ante. o. habuerit
ut eo: queo: eam queam: ibo quibo: & paſſiuo queor: quear: quibor: & ſi qua ſunt ſimilia.

Genera uerborum: quæ ab aliis ſignificationes dicuntur. ſunt quinque. Actiua:
Paſſiua. Neutra. Communia. Deponentia. Actiua ſunt quæ. o. littera terminãtur &
Accepta. r. littera faciunt ex ſe paſſiua: ut Lego legor. Paſſiua ſunt quæ. r. littera termi
nantur: & ea amiſſa redeunt in actiua: ut legor: lego. Neutra ſunt quæ. o. littera terminã
tur: & accepta. r. littera latina non ſunt ut ſto curro ¶ Sũt etiam neutra quæ. i. littera ter/
minantur: ut odi: noui: cœpi: memini: Sunt item quæ in. um. ſyllabam deſinũt: ut ſum
proſum: obſum: Sunt item quæ in. t. litteram exeunt & imperſonalia dicũtur: ut Pudet.
tedet: pœnitet: libet: oportet ¶ Sed hæc & ſimilia defectiua exiſtimanda ſunt. Sũt præ
terea neutro paſſiua ut Gaudeo gauiſus ſum. Soleo ſolitus ſum. Audeo auſus ſum. Fio
factus ſum. Fido fiſus ſum. Deponẽtia ſunt quæ. r. littera terminãtur & ea amiſſa lati/
na nõ ſunt: ut cõuitior: colluctor. ¶ Communia ſunt quæ. r. littera terminãtur & in du/
as formas cadunt: patientis & agentis: ut ſcrutor criminor. dicimus enim ſcrutor te &
ſcrutor a te. criminor te: & criminor a te. Sũt uerba extra hãc regulã. quæ inæqualia dicũt
ut ſoleo. facio. fio. fido audeo gaudeo: ueſcor: fero: medeor: edo: pãdo: mãdo: nolo. uolo
malo: eo. Sunt quæ declinari rite non poſſunt ut cedo: aue: ſalue: faxo: faxis: infit: inquã
quæſo: aio. ¶ Sunt item monoſyllaba quæ etiam extra regulam ſola ſunt producta: ut
ſto. do. flo. nõ. ¶ Sunt uerba incertæ ſignificationis: ut Tundeo: labo: fabrico: punio:
munio: patior: munero: populor: aſſentior: adulor: luctor: arguor: Hæc enim omnia uer
ba & in. o. um. in. r. litteras finiuntur & his uerbis tẽpora participiorum accidunt pene
omnia. Sunt item uerba quæ componere poſſumus ut pono traho repono retraho.
Sũt quæ nõ poſſunt ut aio quæſo. ¶ Numeri uerbis accidũt duo: ſingularis & plura/
lis. Singularis ut lego. Pluralis ut legimus. Item ſecũdum quoſdam dualis ut legere.

Figure verbi,

Figuræ uerboꝝ duæ ſunt: aut. n. ſimplicia ſunt uerba ut ſcribo. aut compoſita ut deſcri/
bo. Cōponūtur etiam uerba quattuor modis: ſicut & cæteræ partes oratiōis: ex duobus
corruptis: ut officio. ex duobus ītegris: ut obduco: ex corrupto & ītegro ut aligo. ex īte/
gro & corrupto. ut defingo. Sūt uerba cōpoſita quæ ſimplicia fieri poſſūt: ut repono: diſ

Tempora verbi,

traho Sūt quæ nō poſſūt: ut ſuſpicio cōpleo. Tēpora uerbis accidūt tria: præſens præteri
tū: & futuꝝ. Præſens ut lego. præteritū ut legi. futuꝝ ut legam. Præteriti temporis diffe
rentiæ ſunt tres: imperfecta: perfecta: pluſquamperfecta: Imperfecta ut legebam: per/
fecta ut legi. pluſquamperfecta ut legeram. Ergo in declinatione uerborū quinque tem/
pora numeramus. præſens: præteritū imperfectū præteritū perfectū. præteritū pluſquā

Persone verbi,

pfectū & futuꝝ. Perſonæ uerbis accidunt tres: pͥa: ſecunda: tertia. Prima eſt quæ dicit
ut lego. Secūda cui dicit̄. ut legis. Tertia de qua dicit̄ ut legit. ſed prima pſona nō īdiget
caſu ſe admittit plerumq; ntūm: ut uerberor īnocens. liber ſeruio. Secūda pſona trahit
caſū uocatiuū ut uerberaris īnocēs: ſeruis liber. Tertia trahit nominatiuū. ut uerberat̄ in/

Impersonalia datiuo et ablatiuo seruiunt,

nocēs: & ſeruit liber. Quietiam uerba imperſonalia quæ ī. tur. exeūt caſui ſeruiūt datiuo
& ablatiuo: ut gerit̄ a me: a te: ab illo: dicit̄ mihi: tibi: illi. Quæ uero ī. it. exeūt: caſui ſer/
uiūt datiuo: ut cōtigit mihi: tibi: illi. Quæ uero ī. et. exeūt: ea modo datiuo modo accuſa
tiuo caſui ſeruiūt: datiuo ut libet mihi: tibi illi: Accuſatiuo: ut decet me: te illū. Sūt uerba
præterea quoq; alia genitiui caſus formulā ſeruāt: ut miſerior mei. tui. ſui. Alia datiui ut
maledico tibi: ſuadeo illi. Alia accuſatiui ut accuſo illum. Inuoco illum. Alia ablatiui ut

Verba septimi casus

diſcedo ab illo: auertor ab illo. Alia ſeptimi caſus ut fruor agro potior auro. Omnia uer/
ba modi īdicatiui temporis præſētis numeri ſingularis primæ perſonæ aut. e. aut. i. aut. u
ante. o. habēt. Si aūt uocalē ante. o. litteram nō habuerit exceptis. f. & k. & q. cætetras
oēs latinas cōſonātes recipiūt. e. ut ſedeo. i. ut latino. u. ut ruo. b. ut bibo. c. ut uoco. d. ut
uado. g. ut ago. h. ut traho. l. ut impello. m. ut amo. n. ut cano. p. ut ſcalpo. r. ut curro. s.
ut laſſo. t. ut peto. x. ut texo. his accidūt. i. & u. pro cōſonātibus ut aio: adiuuo. Nā triū/
pho per. p. & h. ſcribit̄. k. o. litteræ nō præponit̄. Item. q. ſine. u. præferri. o. litteræ nō
poteſt. Sūt uerba defectiua alia per modos ut cedo. Alia p formas ut faceſſo. Alia per

Defectiua,

cōiugatiōes ut adſum. Alia per genera ut gaudeo: Alia p numeros ut faxo: Alia per figu
ras ut īpleo: Alia per tempora ut fero: Alia p pſonas ut cedo: faceſſo: adſum: ſoleo: faxo:
impleo: fero: edo: Verba quoq; īperſonalia cū per oēs modos declinari poſſint: inueniun
tur quædam defectiua: ut liquet miſeret:

## De Aduerbiis.

Duerbium eſt pars orationis quæ adiecta uerbo ſignificationem eius: aut cō
plet: aut mutat: aut minuit: ut iam faciā: uel nō faciam. parum faciam. Ad/
uerbia aut a ſe naſcūt̄ ut heri: hodie: nuper: aut ab aliis partibus orationis ue
niūt: Veniūt autem a nomine appellatiuo ut doctus docte. A pprio ut Tul
lius Tuliane. A uocabulo ut hoſtiū hoſtiatim. A pronomine ut meatim: tua
tim. A uerbo ut curſim ſtrictim. A nomīe & uerbo: ut pedetētim. A participio ut īdulgēs
īdulgēter. A noīe uenīētia aut in a. exeūt: ut una. Aut ī e productū ut docte: aut ī e corre
ptā ut rite: aut in. i. ut ueſperi: aut ī o pductā ut falſo: aut ī o correptā: ut mō aut ī u ut no
ctu aut in l ut ſemel. aut in. m. ut paulatim. aut in. r. ut breuiter: aut ī. s. ut funditus. Ad/
uerbia quæ ī. e. exeūt produci debēt: præter illa quæ aut nō comparātur: ut rite. aut com
perationis regulam nō ſeruāt: ut bene male: faciūt enim bene melius optime: male pe/
ius peſſime. aut ea quæ a nomine uerboue nō ueniūt: ut impune ſæpe. cæterū facile & dif
ficile quæ aduerbia ponūt̄ nomina potius dicēda ſūt eſſe pro aduerbiis poſita: ut eſt tor/
uum clamat. horrendum reſonat. Ergo aduerbia quæ ī. e. productam exeunt ab eo

nomine ueniunt: quod datiuo caſu ſingulari .o. littera terminatur: ut huic docto docte: & huic ſedulo ſedule. Quæ in .r. litteram exeunt ab eo nomine ueniunt. quod datiuo caſu ſingulari .i. lettera terminatur. ut huic agili agiliter. Contra hanc regulam multa ſæpius uſurpauit auctoritas. Nam quædam ut diximus & in datiuo caſu in .o permanent: & aduerbium faciunt ut falſo ſedulo. quædam contra faciũt: ut huic duro non dure: ſed duriter. Aduerbio accidunt tria. Significatio: Comparatio. Figura. Significatio aduerbiorum in hoc ſecernitur quia ſũt aduerbia loci ut hic ubi ibi. Temporis: ut hodie nuper Numeri ut ſemel bis. Negandi: ut non nihil. Afirmandi: ut etiam quidni. Demonſtrandi: ut en ecce. Optandi: ut utinam. Hortandi: ut eia. Ordinis: ut deinde. Interrogãdi: ut cur quare quamobrem. Similitudinis ut quaſi ceu. Qualitatis: ut docte pulchre. Quantitatis: ut multum parum. Dubitandi ut forſan fortaſſe. Perſonalia: ut mecum: tecũ: ſecum: nobiſcum: uobiſcum. Vocandi. ut heus. Reſpondẽdi: ut heu. Separãdi: ut ſeorſũ. Iurandi: ut ædepol caſtor hercle medius fidus: Eligendi: ut potius immo. Congregãdi: ut ſimul una pariter. Prohibẽdi. ut ne. Euentus. ut forte fortuitu. Comparandi. ut magis & tam. Sunt etiam aduerbia ĩfinita: ut ubi quando: ſũt finita ut hic modo. Aduerbia loci duas ſpecies habent: ĩ loco & ad locũ ſignificantes: In loco ut intus foris. Ad locũ: ut intro foras: Dicimus enim intus ſum foris ſum: ĩtro eo foras eo. Adiiciũt qdam de loco: quod ſic dicitur quaſi ĩ loco ut ĩtus exeo foris uenio. Adiciũt qdam etiam per locũ ut hac illac. heus & heu ĩteriectiões multi nõ aduerbia putauerũt ideo quia nõ ſẽper ſubſequũtur uerbum. Comparatio accidit aduerbio quia huic quoq; comparatiõis gradus ſunt tres poſitiuus. cõparatiuus: ſuplatiuus: Poſitiuus: ut docte. Cõparatiuus ut doctius. Superlatiuus ut doctiſſime: & quoniã aduerbia quoq; ſũt quæ per oẽs gradus ire nõ poſſũt Ideo his ad iũgendam ſignificationem pro cõparatiuo & ſuperlatiuo magis & maxime cõiungimus. adminuẽdam minus & minime: quemadmodũ enim comparãt᷑ Ita & minuunt᷑ aduerbia a poſitiuo: ut primũ primule. lõge lõgule. A comparatiuo ut melius meliuſcule. longius longiuſcule. A ſuperlatiuo autem gradu uel nulla exempla uel per rata ſũt. Figure aduerbiorũ duæ ſunt: aut enim ſimplicia ſũt aduerbia. ut docte prudenter: aut compoſita ut ĩdocte ĩprudẽter: Componũt᷑ etiã aduerbia modis quattuor: ſũt ãt multæ dictiões dubie ĩter aduerbiũ & nomẽ ut falſo: ĩter aduerbiũ & ꝓnomẽ ut quõ. Inter aduerbiũ & uerbũ ut pone: Inter aduerbiũ & participiũ ut ꝑfecto: Inter aduerbiũ et cõiũctionẽ ut quãdo: Inter aduerbiũ & præpoſitionẽ: ut propter: Inter aduerbiũ & ĩteriectionẽ ut heu. Hoꝝ quedã accẽtu diſcernimus. quædam ſenſu. Sũt item aduerbia loci: quæ imprudẽtes putãt noĩa in loco: ut Romæ ſũ: de loco ut Roma uenio ad locũ ut Romã ꝑgo. His præpoſitio nõ anteponitur: quæ prouinciis: locis regiõibus ue addicii ſolet ideo: quia de ſignificatione nominis non recedunt ut de aphrica uenio. ad ſiliciam pergo: in intalia ſum Præpoſitio ſeparatim aduerbiis non applicabitur: quamuis legerimus deſurſum de ſubito derepente & exinde & abuſq; & dehinc: ſed hæc tanquã unam partem orationis ſub uno accentu pronuntiabimus.

## De participio.

Articipium eſt pars orationis dicta eo quod partem capiat nominis partemq; uerbi: recipit enim a nomine genera & caſus. A uerbo tempora & ſignificationes: ab utroq; numerum & figuram. Participio accidunt ſex. Genus. Caſus. Tempus: Significatio: Numerus & Figura. Genera participiis accidunt quattuor. Maſculinum ut lectus: Fœmininum ut lecta. Neutrum ut lectum. Commune ut legens. Nã omnia participia præſentis temporis generis ſunt communis. Caſus totidem ſunt participiorum quot & nominum nam per omnes caſus etiam participia declinantur.

Tempora participiorum

Tẽpora participiis accidũt tria: p̃ſens præteritũ & futuꝝ: ut luctãs luctatus: luctaturus.

Significationes participioꝝ a generibus uerboꝝ ſumunt᷑. ueniũt enim participia a generibus uerborum ſumuntur. ueniunt enim participia a uerbo actiuo duo præſentis tẽporis: & futuri: ut legens lecturus. A paſſiuo duo præteriti temporis & futuri: ut lectus & legendus. A neutro duo ſicut ab actiuo præſentis temporis & futuri ut ſtans & ſtaturus. A deponenti tria: præſentis præteriti & futuri: ut luctans luctatus & luctaturus. A communi quattuor præſẽs præteritũ: & duo futura: ut criminans criminatus criminaturus & criminandus. Inchoatiua participia præſentis temporis ſũt tantũ: ut horreſcẽs tepeſcens caleſcens. Defectiua interdũ alicuius tẽporis ſũt ut ſoleo ſolens ſolitus. Interdũ nullus ut ab eo quod eſt memini nullũ participiũ reperit᷑. ¶ Interdũ A non defectiuo uerbo participia defectiua ſũt: ut ab eo qđ eſt ſtudio ſtudẽs: & futuꝝ tempus non habet in uſu. Ab imperſonali uerbo participia niſi uſurpata fuerũt non ueniũt. Numerus participis accidit uterqꝫ ſingularis & pluralis. Singularis: ut hic legens. Pluralis: hi legentes.

Figura item participioꝝ duplex eſt. Aut enim ſimplicia ſunt participia: ut ſcribẽs. Aut compoſita: ut deſcribens. ¶ Componũt᷑ etiam participia modis quattuor ¶ Sũt nomina ſpeciem participiorũ habentia: ut tunicatus: galeatus: quæ qa a uerbo non ueniũt nõ ſũt participia appellanda. Ex quibus ſũt etiam illa quæ cũ participia uideant᷑: uerboꝝ tamẽ ſignificatione priuata ſũt: ut pranſus: cœnatus: placita: nupta triumphata: regnata. ¶ Nam prandeor: cœnar: placeor: nubor: triumphor: regnor: non dicit᷑. Sũt etiam alia participia. quæ accepta præpoſitione & a uerbis: & a participiis recedũt ut nocens innocens. Nam noceo dicit᷑ innoceo nõ dicit᷑. ¶ Sũt ueluti participia quæ a uerbo ueniũt & qa tempus non habent nomina magis quam participia iudicant᷑. ut furibũdus: moribũdus: ludibũdus. ¶ Sũt multa participia eadem & nomina: ut paſſus uiſus cultus. ſapiẽs indulgens. quæ tamen & caſibus diſcrepant & temporibus dinoſcũt᷑ & comparata mutant᷑. Sũt alia participia defectiua quæ per omnia tempora ire non poſſũt quæ a uerbo ueniũt ut eſt ceptus urgendus ¶ Sũt participia q̃ accepta comparatione fiũt nomina ut acceptus acceptior incenſus incenſior: aduerbia de participiis fieri poſſe nõ nulli negãt: ſed hos pulrimæ lectionis reuincit auctoritas.

## De coniunctione.

Oniũctio eſt pars orationis adnectẽs ordinãſqꝫ ſentẽtiam. Coniũctioni accidũt tria poteſtas figura & ordo. ¶ Poteſtas coniũctionũ in qnqꝫ ſpecies diuidũt᷑. Sũt enim copulatiuæ: diſiũctiuæ. expletiuæ: cauſales: rationales: copulatiuæ hæ ſũt & quæ: at: atqꝫ: ac: aſt ¶ Diſiũctiuæ ſũt aut: ue: uel: ne: nec: an: neqꝫ ¶ Expletiuæ ſũt qdem: eqdẽ: ſaltẽ: uidelicet: quãq̃: q̃uis: quoqꝫ: enim: aũt: porro: licet tamẽ ¶ Cauſales ſi: tam etſi: etſi: ſiquid quãdo: quãdo qdem: qn: qnetiam. quatenus. ſin: ſeu. ſiue. neu. nã. namqꝫ. ni. niſi. enim: & enim. ne. ſed iterea. quãobrem. præſertim. item. itemqꝫ. cæteꝝ. alioqn. præterea ¶ Rationales: ita: itaqꝫ. enim enimuero. qa. q̃re. quapropter: quoniam. quãdoqdem. qppe. ergo. ideo. igit᷑. ſcilicet ꝓpterea. iccirco ¶ Figuræ cõiũctionũ duæ ſũt ſimplex ut nam. Cõpoſita ut nãqꝫ: Ordo coniũctionũ in hoc eſt qa aut præpoſitiuæ ſũt coniũctiões. ut. at. aſt. aut ſubiũctiue. ut quæ aũt. aut cõmunes ut ergo igit᷑. Sũt etiam dictiões quas incertũ eſt. utrũ coniũctiones an præpoſitiões. an aduerbia nominemus niſi ſentẽtiã cõſiderauimus icerta ſũt. quæ tamẽ omnes ſenſu facile diſcernũt᷑. Nã & cõiũctiones ꝓ aliis coniũctionibus poſitæ inueniũt᷑ poteſtate mutata.

## De præpoſitione

Repoſitio eſt pars orationis quæ præpoſita aliis ptibus oratiõis ſignificationem earum: aut mutat. aut complet: aut minuit. Nam aut nomini præponit᷑ ut in ua

lidus.aut prænomini præponitur ut p me uel ſupponitur ut mecũ:tecũ:ſecũ:nobiſcum:
uobiſcum:aut uerbum præcedit ut perfero:aut aduerbiũ:ut expreſſe: aut particip ũ ut
præcedens: aut coniunctionem ut abſq; aut ſemet ipſam ut circumcirca. Præpoſitiões
aut caſibus ſeruiũt:aut loquelis:aut æque caſibus & loquelis:hæc aut cõiunguntur aut
ſeparantur:aut coniunguntur & ſeparantur: Quæ loquelis ſeruiunt coniunguntur ut
di:dis:re.ſe:an.con: dicimus eni diduco:diſtraho:recipio:ſecubo:amplector:congredi
or. Separantur ut apud penes. ¶ Coniunguntur & ſeparantur cæteræ omnes ex quibus
in.& con.præpoſitiões:ſi ita cõpoſite fuerint:ut eas ſtatim.s.uel.f.litteræ cõſequantur:
plerunq; producunť ut inſula.infuſa:conſiliũ:confeſſio:præpoſitioni accidit caſus tãtũ
caſus nãq; in præpoſitionibus duo ſũt accuſatiuus & ablatiuus.alie.n. præpoſitiones ac
cuſatiuo caſui ſeruiunt.aliæ ablatiuo:aliæ utrique caſui. Accuſatiui caſus præpoſitiones Accuſatiui caſus præpoſitiones
ſunt hæ:ad:apud.ante:aduerſum:cis:citer:circum:circa:contra:erga:extra:inter:itra:
infra:iuxta:ob:pone:per:prope:ſecundum:poſt:trans.ultra:præter:propter:ſupra:cir
citer:uſq;:ſecus penes. Dicimus enim ad patrem:apud uillam.ante ædes.aduerſum ini
micos.cis renum.citra forũ.circum uicinos:circa templum:contra hoſtem:erga propin
quos:extra terminos:inter naues:itra mœninia:infra tectũ:iuxta macellum:ob auguri/
um:pone tribunal:per parietem:prope feneſtram.propter diſciplinam:ſecundum fores
poſt tergũ.trans ripam.ultra fines præter officium.ſupra cælũ:circiter annos.uſq; ocea
num.ſecus uos penes arbitros. Ex his.ad.& apud.cũ unius caſus ſint diuerſo modo po/
nuntur. Dicimus enim ad amicũ uado. apud amicũ ſum. Nam neq; apud amicũ uado
recte dicitur.neq; ad amicũ ſum. ¶ Vſq; præpoſitio plurimis nõ uideť:quia ſine aliqua
præpoſitione proferri recte nõ poteſt:unde adiũgitur utriq; caſui pro qualitate præpo/
ſitionis eius cui fuerit copulata ut uſq; ad & uſq; ab. ¶ Ablatiui caſus præpoſitiones ſunt Ablatiui caſus præpoſitiones
hæ:a:ab:abs:cũ:coram:clam:de:e:ex:pro:præ:palam:ſine:abſq;:tenus ¶ Dicimus eni
a domo ab homie. abſq; quolibet.cũ exercitu.coram teſtibus.clam cuſtodibus:de foro e
iure.ex præfectura.proclientibus.præ timore. palã omnibus. ſine labore. abſq; iniuria.
tenus pube. Sed hæc præpoſitio ꝑpter eufoniã ſubiciť & facit pubetenus clã præpoſiti
caſibus ſeruit ambobus ¶ Vtriuſq; caſus præpoſitiões ſũt hæ. In ſub.ſuper. & ſubter. qua
rum.in.& ſub.tunc præpoſitiones accuſatiui caſus ſunt cum aduerſum.uel ante. ſignifi
cãt:ut ibant in Eurialum & ſub ipſum arcturum.pro ante. Tũc ablatiui caſus cum uim
recte retinent.nec pro accuſatiuis præpoſitionibus ponuntur. Item accuſatiui caſus ſunt
cum ad locum uel nos uel quoſlibet ire:iiſſe:ituros eſſe ſignificamus:cuius rei exempla
ſunt hæc. In accuſatiui caſus ut itur in antiquam ſiluam ¶ In ablatiui caſus ut ſtans celſa
in puppi. Sub accuſatiui caſus:ut poſteſq; ſub ipſos nituntur gradibus. Sub ablatiui ca/
ſus ut arma ſub aduerſa poſuit radiantia quercu. Super uero & ſubter cum accuſatiuo ca
ſui naturaliter præponantur & ablatiuo tamen plerũq; iunguntť: ut gemina ſuper arbo/
re ſidũt & ferre iuuat ſubter denſa teſtudine caſus. ¶ Quãq; multi ſunt: qui non putant Notabile
ambiguas eſſe præpoſitiones niſi duas.in & ſub. Cæterum ſuper & ſubter cũ locũ ſigni/
ficant figurate ablatiuo iunguntur.extra quam formam ſuper præpoſitio cũ.de.ſignifi/
cat:hoc eſt mentionem de aliquo fieri ablatiui caſus eſt tantũ:ut multa ſuper Priamo ro
gitans ſuper Hectore multa hoc eſt de priamo & de hectore. Separatæ præpoſitiões acu
untur coniunctæ uero caſibus aut loquelis:uim ſuam ſæpe commutant:& graues fiunt.
Præpoſitiones aut uerba ipſa cum componuntur corrumpunt:ut conficio: aut ipſe cor/
rumpuntur ut affero:aut corrumpunt & corrumpuntur ut ſuſpicio. ¶ Antiqui præpo/ Nõ more antiquorũ
ſitiones etiam genitiuo caſui iũgebant:ut crurum tenus. Item:poſt:& ante:& circũ:utri/
que caſui iũctas inuenimus. Sed ſcire nos conuenit præpoſitiones uim ſuam tũc retinere

um præponuntur. ſupoſitas uero & ſignificationem ſuam & uim nominis & legem propriã nõ habere. & aduerbia faciunt ſi quando illas non ſubſequit̃ caſus. Separate præpoſitiones ſeparatis præpoſitionibus nõ cohærent. Sunt qui putant accidere præpoſitioni & figurã & ordinẽ. Figurã qa ſunt præpoſitiões ſimplices ut abs. cõpoſite ut abſqꝫ: Ordinẽ qa ſunt præpoſitiões præpoſitiue: ut ſine. Sunt ſubiũctiuæ ut tenus. Sed hæc nos & ſimilia in his adnumerauimus: quæ inæqualia nominãtur.

## De Interiecttione.

Nteriectio eſt pars orationis interiecta aliis partibus orationis ad exprimendos animi affectus: ut metuentes: ut enim: at: at: Aut optantis ut. o. Aut dolẽtis ut heu. Aut admirãtis ut pape. Aut letantis: ut euax. Sed hæc græci aduerbiis applicãt. qd ideo latini nõ faciũt: qa huiuſcemodi uoces nõ ſtatĩ ſubſeqt̃ uerbũ. Licet ãt ꝓ iteriectiõe ẽt alias ptes orõis ſingulas plures ue ſupponere: ut ne fas ꝓ nefas: Accẽtus iteriectiõibus certi eſſe nõ poſſũt: ut fere ĩ aliis uocibus quas ĩcõditas ĩuenimus.

## DONATVS DE BARBARISMO

Arbariſmus eſt una pars oratiõis uitioſa in cõmuni ſermone. In poemate uero Metaplaſmus: Itẽ Barbariſmus in noſtra loquela: in pegrina barbaralexis dicit̃: ut ſi quis dicat Maſtruca Cateia. Magalia. Acinacis. Barbariſmus autẽ fit duobus modis: ſcripto & ꝓnuntiatione. His bi partitis qt tuor ſpecies ſupponũt̃: Additio Detractio Immutatio: Trãſmutatio: Litteræ. Syllabæ: Tẽporis: Toni: Haſpirationis. Per additionẽ lytteræ fiũt. Barbariſmi: ut relliquias danaũ cũ reliquias ꝑ unũ. l. dicere debeamus. Syllabæ: ut nos abiiſſe rati: pro abiſſe. Tẽporis: ut italiã fato: cũ Italiã correpta prima ſyllaba dicere debeamus. Per detractionem litteræ: ut ĩfantibus paruis pro ĩfantibus. Syllabæ: ut ſalmentũ pro ſalſamẽtũ. Teperis ut unius obnoxã correpte pro unius ꝓducte. Per ĩmutationẽ litteræ ut oli pro illi. Syllabæ: ut pnuces pro pernices. Tẽporis: ut feruere leucaten: cũ feruere ſit ſecnndæ cõiugatiõis: & ꝓducte dici debeat. Per trãſmutationẽ littere. ut euandre ꝑ euauder. Syllabæ ut diſplicina ꝓ diſciplina. Tẽporis ut ſiquis deos producta priori ſyllaba & correpra poſteriori ꝓnuntiet. Toni quoqꝫ ſimiliter ꝑ hás quattuor ſpecies cõmutantur: Nam & ipſa additiunt̃: dietrahant̃: mutant̃ & trãſmutant̃. Quoꝝ exẽpla ultro ſe offerũt: ſi qs ĩqrat. Totidẽ etiã modis ꝑ haſpirationẽ depræhẽdit̃ Barbariſmus. quẽ qdẽ ſcripto: quidã ꝓnũtiatiõe iudicãt a ſcribẽdũ: ꝓpter. H. ſcilicet: quã alii litterã. Alii haſpirationi notã deputant. Fiũt aũt barbariſmi ꝑ hyatus & colliſiões. Sũt etiã male cõpoſitiones Cacoſyntheton: quæ uitia nõnulli barbariſmũ eſſe putãt. In qbus ſũt Methaciſmi. Labdaciſmi: Iotaciſmi. Hyatus. Colliſiões & oĩa quæ plus æquo minuſue ſonãtia ab eruditis auribus reſpuunt̃. Nos cauenda hæc oĩa uitia prælocuti cõtrouerſiã de nomine pertinacibus relinquamus.

Oloeciſmus eſt uitium ĩ contextu partiũ orationis cõtra regulã artis grammaticæ factũ. Inter Soloeciſmũ & Barbariſmũ hoc ĩtereſt: quod Soloeciſmus diſcrepantes aut ĩ conſequẽtes inter ſe dictiones habet. Barbariſmus autẽ in ſingulis uerbis fit uel ſcriptis uel pronũtiatis. Quãquã multi errãt qui putãt etiã in una parte orationis fieri ſoloeciſmũ: ſi aut demõſtrantes uirũ hanc: aut fœminam hunc dicamus: aut interroganti quo pergamus: reſpõdeamus Romæ. aut unum ſalutantes ſaluete dicamus: cũ utiqꝫ præcedẽs demonſtratio uel ĩterrogatio: uel ſalutatio uim contextæ orationis obtineat. Multi etiã dubitauerunt. Quadriga. Scopa. Soloeciſmus an barbariſmus eſſet: cũ ſcilicet id genus dictionis barbariſmũ eſſet: uel ex ipſius uitii finitiõis poſſit agnoſci facile. Soloeciſmus fit duobus modis & per partes orationis. aut ꝑ accidentia

partium orationis: Per partes orationis fiunt cum una pars pro alia ponitur: ut Toruū
quæ repente clamat pro torue: nomen pro aduerbio ponitur. Fit etiam eadem parte ora/
tionis hoc uitium: cū ipſa pro ſe: non in ſuo loco: neqꝫ ut conuenit ponit᷑: ut Cui tātū de
te licuit. pro in te. Et eo apud amicū: ꝓ ad amicū & Intro ſū ꝓ intus. & Foris eo ꝓ foras:
Per Accidētia partiū oratiōis fiūt tot modis ſoloeciſmi quod ſūt accidētia partiū oratiōis
Sed ī his ꝓpter cōpendiū exempli cauſa pauca mōſtrabimus. Nā per qualitates nominū
fiunt ſoloeciſmi: ut hauriat hunc oculis ignem crudelis ab alto. Dardanus. ꝓ dardanius
propriū pro appelatiuo poſuit: Per genera: ut ualidi ſilices: pro ualidæ: & amare cortices
pro amari: & collus collaria caret. Per numeros: ut pars in fruſta ſecant: pro ſecat. Per cō
parationem: ut reſpondit Iuno ſaturnia ſancta dearum: pro ſanctiſſima. Per caſus: ut ur
bem quam ſtatuo ueſtra eſt: pro urbs. Per modos uerborū. ut Itis paratis arma quampri
mū uiri: pro ite parate arma: Indicatiuū pro īpatiuo poſuit. Per ſignificationes uerborū
ut Expoliāt᷑ eos & corpora nuda relinquūt. pro expoliāt. Per tempora: ut cecidit quæ ſu
perbū iliū & omnis humo fumat neptunia troia: pro fumauit. Per perſonas: ut danai q
parēt atridis quāprimū arma ſumite: pro q paretis. Per aduerbia: ut intus eo pro itro: &
italia uenio pro de italia: & ad romā uado pro romā: cū præpoſitio ſeparatim nominibus
addenda ſit nō aduerbio. per Præpoſitiones cū una pro alia ponit᷑: ut ſub Lucem ibāt ꝓ
ante lucē. Aut neceſſario ſubtrahitur: ut Siluis te tyrrhene feras agitare putaſti pro ī ſil/
uis. p Cōiunctiones: ut ſubiectiſqꝫ urerē flāmis ꝓ ue. Fit p ordinē cōiūctionū: ut aūt fieri
nō debet: cū dicēdū ſit: fieri aūt nō debet. Fiūt præterea Soloeciſmi pluribus modis: quos
repræhendēdo potius q̄ imitādo poſſumus ānotare. Soloeciſmus ē ī proſa: In poemate
Schema dicitur.

Sequitur de decem uitiis.

Vm barbariſmo & ſoloeciſmo decē uitia nominantur hoc modo. Acyrologia.
Cacēphatō. pleonaſmos: Periſologia. Macrologia. Tautologio. Eclipſis. Tapi
noſis. Cacoſyntheton. Amphibologia. Acyrologia. eſt impropria dictiōis poſi
tio ut. Hunc ego ſi potui tantū ſuperare dolorem pro timere. Cacēphaton eſt obſcena ꝓ
nunciatio: uel in compoſita dictione: uel in uno uerbo: ut numerum cū nauibus æquat.
Et arrige aures pamphile. Pleonaſmos eſt adiectio ſuperuacua ad plenam ſignifica/
tionē: ut ſic ore locuta eſt. Periſologia eſt adiectio uerboꝝ ſupuacua ſine ulla ui reꝝ ut
ibant qua poterāt qua nō poterant non ibant. Macrologia eſt lōga ſentētia: res nō ne
ceſſarias compræhendēs ut legati nō impetrata pace retro unde uenerūt reuerſi ſunt.

Tautologia eſt eiuſdem dictiōis repetitio uitioſa: ut egomet ipſe uenio: Eclipſis eſt de/
fectus quidam neceſſariæ dictionis quam deſyderat præciſa ſentētia: ut Hæc ſecū deeſt
loquebatur. Tapinoſis eſt humilitas magnæ rei: nō id agēte ſentētia: quod demōſtrat
ut penituſqꝫ cauernas igētes: uterūqꝫ armato milite cōplēt. i. multæ legiōes armatoꝝ mi
litū iplerūt multas cauernas. Et dulychias uexaſſe rates: Et pelidæ ſtomacū ceder᷑ neſcii.

Cacoſyntheton ē uitioſa dictionū cōpoſitio: ut Verſaqꝫ iuuencū terga fatigamus haſta

Amphibologia ē ābiguitas dictiōis: quæ fit p actiuū: ut ſi quis dicat᷑ audio ſecutorē re
tiariū occidiſſe. Aut p uerbū. ut criminat᷑ Cato. Vadat᷑ Tullius: nec addat᷑ quē uel aquo
Aut per participiū: ut Video ſtatuam auream haſtam tenētem. Fit etiā per omonyma:
ut ſiquis dicat aciem nec addat oculorum: aut exercitus: aut fieri. Fit præterea pluribus
modis: quos recenſere omnes ne nimis longum eſſet non oportet.

Ethaplaſmus ē tranſformatio quædam recti ſolitique ſermonis ī alterā ſpeciem
metri ornatus neceſſitatiſue cauſa. Huius ſunt ſpeties quatuordecim: Proſthe/
ſis. Epētheſis. Paragoge. Aphereſis. Syncopa. Apocopa. Ectaſis. Syſtole. Diæ/
reſis. Synereſis. Synalœpha: Ecthlipſis. Antitheſis. Metatheſis: Proſtheſis eſt appoſitio

quædam ad principium dictionis litteræ:uel ſyllabæ:ut gnatæ pro nate retulit pro tulit
Epẽtheſis eſt poſitio quædã ad mediam dictionem litteræ:uel ſyllabæ:ut reliquias pro
reliquas: Induperator pro imperator. Hanc autem alii epentheſim : alii : parentheſim
uocant. Paragoge eſt appoſitio quædam ad finem dictionis litteræ uel ſyllabe:ut
magis pro mage:& poteſtur pro poteſt. Hãc alii Paralepſim:alii Prolepſim.i.præſũptio
nem uocãt Aphereſis ẽ ablatio de prĩcipio dictionis litteræ uel ſyllabæ cõtraria proſ/
theſi:ut mitte ꝓ dimitte & temno pro cõtemno. Syncopa ẽ ablatio de media dictiõe lit
teræ uel ſyllabæ cõtraria epẽtheſi:ut audacter ꝓ audaciter:& cõmouit ꝓ commouerat:
Apocopa eſt ablatio de fine dictionis litteræ uel ſyllabæ cõtraria peragoge:ut achilli pro
achillis:& poſſis pro poſitis:& potes pro poteſtis:& mutu pro muto. Ectaſis eſt exten
ſio ſyllabæ cõtra naturã uerbi:ut Italiã fato profugus:cũ italiã prima ſyllaba correpta di
cere debeamus. Syſtole eſt correptio ſyllabæ contra naturã uerbi facta cõtraria ectaſi
ut aquoſus orion:pro orion producte. Diæreſis eſt diuiſio unius ſyllabæ ĩ duas.ut olli
reſpõdit rex albai longai pro albæ longæ:& aulai in medio libabant pocula bacchi ꝓ au/
læ & diues pictai ueſtis & auri pro pictæ. Synereſis eſt cõglutinatio duarũ ſyllabarũ
in unam contraria dyareſi:ut phæton pro phaeton:& æripedẽ pro aeripedem. Syna/
loepha eſt per interẽptionẽ cõcurrentiũ inter ſe uocaliũ lubrica quædã leniſque colliſio:
ut Atque ea diuerſa penitus dũ parte geruntᷣ:Hæc a quibuſdã Sinæreſis uel coliſio nun
cupatur: Ecthlipſis eſt cõſonantium cum uocalibus aſpere concurrentibus difficilis
ac dura colliſio:ut Littora multum ille & terris iactatus & alto. Antitheſis eſt litteræ
pro littera poſitio:ut olli ſubridens pro illi. Metatheſis eſt tranſformatio litterarum ĩ
alio loco:nulla tamen littera ex ea dictione ſublata:ut euandre pro euander:& Tymbre
pro tymber. Schemata lexeos & dianœas ſunt quædã figuræ uerboꝝ & ſentẽtiarum
Sed ſchemata dianœas ad oratores ꝑtinent. Ad gramaticos uero lexeos. Quæ cũ multa
ſint ex omnibus:fere neceſſaria ſũt ſexdecim ſcilicet. Prolepſis. Zeugma. Hypozeuxis.
Sylepſis. Anadiploſis. Anaphora. Epanalepſis. Epithetõ. Paronomaſia. Scheſiſonoma
ton. Paromoeon. Omoeoteleuton Polyptoton. Hirmos. Polyſynthetõ. Dialyton. Pro
lepſis eſt præſumptio reꝝ ordine ſecutaꝝ:ut interea reges ingenti mole latinus procedũt
caſtris. Turnus deinde æneas. Zeugma eſt unius uerbi concluſio diuerſis clauſulis ap/
te coniũcta:ut Troiugena ĩterpres diuum:qui numina phœbi:qui tripodas clari lauros
qui ſydera ſentis. Hypozeuxis eſt figura ſuperiori contraria:ubi diuerſa uerba ſingu/
lis clauſulis redduntur ut regem adiit:regi memorat nomẽque genuſque: Sylepſis eſt
diuerſaꝝ clauſulaꝝ ꝑ unũ uerbũ cõglutinata cõceptio:ut Hic illius arma:hic currus fuit
Hoc ſchema late patet:Et fieri ſolet nõ ſolũ ꝑ partes oratiõis:ſed ꝑ accidẽtia partiũ oratio
nis. Itẽ ſyllepſis ẽ in diſſimilibus clauſulis:quãdo dictio ſingularis uerbo plurali adiungi
tur:ut ſunt nobis mitia poma:caſtaneæ molles & preſſi copia lactis. Anadiploſis ẽ ge
minatio dictiõis:q̃ ex ultimo loco præcedẽtis uerſus:& prĩcipio ſequẽtis iteratᷣ:ut ſequi
tur pulcherrimus aſtur. Aſtur equo fidens. Anaphora ẽ relatio eiuſdẽ uerbi ꝑ prĩcipiũ
plurimoꝝ uerſuũ:ut Nate meæ uires:mea magna potẽtia ſolus. Nate patris ſũmi:q tela
typhœa temnis. Epanalepſis ẽ uerbi ĩ prĩcipio poſiti uerſus in eiuſdẽ fine repetitio.ut
Muta ſuper priamo rogitãs:ſup hectore multa. Ante etiam ſceptrũ dictæi regis & ante.
Epizeuxis ẽ eiuſdẽ uerbi ĩ eodẽ uerſu ſine aliqua dilatiõe gemĩatio:ut meme adſũ qui
feci ĩ me cõuertite ferrũ. Paronomaſia ẽ ueluti quædã denomĩatio uel quotiens aliud
nomẽ efficitᷣ de alio ut nã ĩceptio ẽ amentiũ aut amãtiũ. Scheſiſonomaton ẽ multitu
do nominũ cõiũctoꝝ eodẽ habitu copulandi:ut marſa manus:peligna cohors: feſtia ui/
rum uis. Paromœon ẽ quãdo ab eiuſdẽ litteris diuerſa nomĩa ſumũtᷣ:ut Tite tute tãti

tibi tanti tyrāne tuliſti. Omoeoteleuton eſt cum ſimili modo dictiones p'urimæ finiuntur: ut eos reduci: quam relinqui: deuehi: quā deferri malui. Omœoptoton eſt cum in conſimiles caſus exeunt diuerſa uerba: ut mœrentes flentes: lachrymantes: comitātes Polyptoton eſt multitudo caſuum uarietate diſtincta: ut littora littoribus cōtraria fluctibus undas. Imprecor arma armis pugnent ipſique nepotes. Hirmos eſt ſeries orationis cōtinuæ tenorem ſuum uſque ad ultimū ſeruās: ut Pricipio cælum ac terras: cāpoſq; liquentes. Polyſynteton ē dictio multis nexa cōiunctionibus: ut Athamaſque: thoaſque pelideſque neptolēus: primuſque machaon. Dyaliton ſiue Aſyntheton ē figura cōtraria ſuperiori carēs cōiūctiōibus: ut Ite: ferte citi flāmas: date tella: īpellite remos.

Ropus eſt dictio trāſlata a propria ſignificatiōe ad ī propriam ſimilitudinem ornatus neceſſtiſue cauſa. Sūt autem duodecim. Metaphora Catachreſis. Metalepſis. Metonymia. Antonomaſia. Epiteton. Synecdoche. Omatopoeia. Periphraſis. Hypbaton. Hiperbole Allegoria. Metaphora eſt reꝝ uerborūq; trāſlatio. Hæc fit quattuor modis. Ab animali ad aīle. Ab ī animali ad īanimale. Ab inanimali ad aīale. Ab animali ad animale: ut Tiphim aurigam celeres fecere carinæ. Nam auriga & gubernator nauis animam habent. Ab īanimali ad īanimale: ut Pelagus tenuere rates. Nā rates animam nō habent: neque pelagus. Ab īanimali ad aīale: ut atlātis cinctum aſſidue cui nubibus atris piniferum caput & uēto pulſatur & imbri. Nam mons animā non habet: cui mēbra hominis attribuūtur: Ab animali ad ī animale: ut ſi tantum pectore robur cōcipis. Nam robur animam nō habet cū. Turnus cui hæc dicūt animam habet. Scire debemus alias metaphoras eſſe reciprocas: Alias autē eſſe partis unius. Reciprocas: ut altum mare. & profūdū cælum. Poſſumus enim conuertere altū cælum: profundum mare. Herbæ florēt. Iuuenes pubent. Poſſumus enim cōuertere. Herbæ pubēt Iuuenes florēt. Alias partis unius: ut ſegetes fluctuant uites germinant: Catachreſis ē uſurpatio nominis alieni: ut Patricidam dicimus qui occidit fratrem. Et piſcinam quæ piſces non habet. Hæc enim ubi extrinſecus ſumerent ſuum uocabulum non haberent.

Metalepſis eſt dictio pergens gradatim ad id quod oſtendit: ut ſpelūcis abdidit atris hoc metuēs. Et poſt aliquot mea regna uidēs mirabor ariſtas. Metonymia eſt dictio quædam ueluti trāſnominatio. Huius autem multæ ſunt ſpecies. Aut per id quod continetur oſtēdit: ut Nunc pateras libate Ioui. Aut cōtra: Crateres magnos ſtatuūt & uina coronāt. Aut pro īuētore quod inuētum eſt: ut ſine cerere & baccho friget uenus: Aut cōtra: ut Vinumque præcamur. Nam hic deus adeſt præſens. Hæc exēpli cauſa poſita ad diſcentibus ſunt Reliqua demonſtrabit lectio. Antonomaſia eſt ſignificatio uice nominis poſita: quæ fit tribus modis: Ab animo. a Corpore. Exrrinſecus. Ab animo: ut magnanimus anchiſiades. A corpore: ue ipſe arduus polyphemus. Extrinſecus: ut in fœlix puer atque impar congreſſus achilli. Epitheton eſt ſuppoſitio dictionis cum proprio nomine. Nam Antonomaſia uicem nominis ſubſtinet: Epitheton nunquā eſt ſine proprio nomine: ut dira celæno & diua camilla. Fit etiam tribus modis: ab animo: a corpore: extrīſecus. His duobus tropis uel uituperamus: uel oſtēdimus: uel laudamus. Sinecdoche eſt ſignificatio pleni ītellectus capax: cū plus minuſue pronunciat. Aut enim a parte totū oſtendit: ut pupeſq; tuæ pubeſq; tuoꝝ. Aut cōtra partē a toto: ut ipſius ante oculos ingens a uertice pōtus In puppim ferit. Et alibi: fōtemq; ignēque ferebāt. Meminiſſe autem debemus quando fit a parte totum faciēdum eſſe ab inſigniori parte. Onomatopoeia eſt nomen deſono factum: ut Clamorq; uiꝝ: clangorq; tubarum: tinnitus æris Atq; leuem ſtipulam crepitātibus urere flammis. Periphraſis eſt circumlocutio quædā quæ fit aut ornādæ rei cauſa: quæ pulchra eſt. Aut uituperādæ

quæ turpis eſt: ut iam prima nouo ſpargebat lumine terras. Tithoni croceum linquens aurora cubile. Et hoc faciūt: nimio ne luxu optuſior uſu Sit genitali aruo & ſulcos oblimet inertes. Hyperbatō eſt trāſcenſio quædam uerborum ordinem perturbās: Cuius ſpecies ſūt quinqꝫ: Hyſterologia ſiue hyſterō proteron. anaſtrophe. Parēthesis. Synthesis. Temeſis. Hyſterologia ſiue hyſteron proterō. eſt ſentētiæ cum uerbis ordo mutatus ut. Et cererem torrere parāt flāmis: & frangere ſaxo. Anaſtrophæ eſt uerborum tātū ordo præpoſterus: ut italiam contra pro cōtra italiam Parēthesis eſt īterpoſita formatio diuerſæ ſentētiæ: ut æneas (neqꝫ enim patrius cōſiſtere mētem Paſſus amor) rapidum ad naues præmittit achatem. Temeſis eſt unius compoſiti uel ſimplicis ſectio: una dictione uel pluribus inteiectis ut ſeptem ſubiecta trioni. Et ſaxo cere comminuit brū. Et maſili portant iuuenes ad littora tanas: pro cerebrum & maſſilitanas. Synchesis eſt hypbaton obſcurum: & ex omni parte cōfuſum: ut tris notus abreptas ī ſaxa latētia torquet Saxa uocāt Itali: mediiſqꝫ in fluctibus aras. Eſt autem hic ordo. Tris naues abreptas notus torquet in ſaxa: quæſa in mediis fluctibus latentia: Itali uocāt aras. Hyperbole eſt dictio fidem excedens augēdi minuēdiue cauſa. Augēdi ut niue cādidior. Minuendi: ut tardior teſtudine. Allegoria eſt tropus quo aliud ſignificatur aliud dicitur: ut Et iam tempus equum fumātia ſoluere colla: hoc eſt carmē finire. Huiuſmodi ſpecies multæ ſūt ex quibus ſeptem eminēt Hironia. Antiphraſis. Aenigma. Charientiſmos. Paronomia. Sarcaſmos. Aſtiſmos. Hironia eſt tropus qui per contrariū conatur oſtendere quod dicit. ut egregiā uero laudē & ſpolia ampla refertis tuqꝫ puerqꝫ tuus. Hæc ubi grauitas ꝓnuntiātis adiuuerit: cōfiteri uidebit᷑: quod negare ītendit. Antiphraſis eſt unius uerbi hironia: ut bellum: quod minime bellum eſt: Et lucū quod minime lucet. Aenigma eſt obſcura ſentētia per obſcuram ſimilitudinē reꝝ ut mater me genuit: eadē mox gignitur ex me ſignificat enim aquā ī niuē cōuerti: & ex eadē rurſus effluere. Carietiſmos eſt quo dura dictu gratius proferūt᷑: ut īterrogātibus nobis. Nū quis nos quæſierit: reſpōſū detur bona fortuna: ex inde ītelligitur neminem nos quæſiſſe. Paronomia eſt accōmodatū rebus tēporibuſqꝫ ꝓuerbiū: ut aduerſus ſtimulū calces: & lupus eſt in fabula. Sarcaſmos eſt plena odio atqꝫ hoſtilis deriſio: ut en agros & quam bello troiane petiſti heſperiā metire iacēs. Aſteiſmos eſt tropus multiplex numeroſæqꝫ uirtutis. Nā aſteiſmos eſt quicquid ruſtica ſimplicitate caret: & faceta ſatis urbanitate exponit᷑: ut q bauiū nō odit amet tua carmina meui: atqꝫ idē iungat uulpes: & mulgeat hircos. Homoenſis eſt minus notæ rei ꝑ ſimilitudinē eius quæ magis nota eſt demōſtratio. Huius aūt tres ſūt ſpecies. Hicon: Parabola: Paradigma. Hicon eſt pſonaꝝ īter ſe uel eoꝝ quæ perſonis accidūt cōparatio: ut hos humeroſqꝫ deo ſimilis. Parabola uero eſt rerum genere diſſimiliū cōparatio: ut Qualis mugitus fugit cū ſautius aram. Taurus: & īcertā excuſſit ceruice ſecurim. Paradigma eſt exēpli hortātis uel deterētis enarratio. Hortātis: ut Antenor potuit mediis elapſus achiuis Iliricos penetrare ſinus: atqꝫ. Deterētis: ut At nō ſic phrygius penetrat lacedemona paſtor Ledæāqꝫ helenā troianas uexit ad urbes.

FINIS.

Barbariem quicunqꝫ cupis uitare loquēdo.
Donati hoc lecto codice doctus eris.

# SERVII HONORATI IN SECVNDAM DO/ NATI EDITIONEM INTERPRETATIO.

RS dicta eſt uel απο της ἀρετης ideſt a uirtute quam græci uniuſcuiuſq;
ſcientiam uocant. uel certe ideo ars dicitur: quod arctis præceptis cũcta
concludat ideſt anguſtis & breuibus. Pleriq; artem ſcribentes a litteraꝝ
tractatu incohauerunt. Pleriq; a uoce Piriq; a difinitione artis grãmat
cæ. ſed omnes uidentur erraſſe. Nõ enim propriam rem officii ſui tractat
uerũt: ſed cõmunem & cum oratoribus & cum philoſophis. Nam de lit/
teris tractare etiam orator poteſt. De uoce nemo magis q̃ philoſophi tractant. Definitio
etiã Ariſtotelicorum eſt unde proprie Donatus & docte qui ab octo partibus incohauit
quæ ſpecialiter ad grammaticos pertinent

Omen dictũ eſt eo quod res nobis efficit notas. Pronomẽ. quia fungit̃ officio no
minis: ut ſi quis dicat. Virgilius fecit Bucolica. ipſe ſcripſit Georgica. Verbum di
ctũ eſt: eo quod uerberator aere motu linguæ: hæc pars oratiõis inuẽta ẽ: & licet
omnes orationes cũ hac oratiõe miſceant̃: tamẽ ſpeciale ſibi hæc pars hoc nomen efficit.
eo quod hac frequẽter utimur in elocutiõe in tãtũ ut dicamus uerbũ fecit. Tullius Apud
populũ in ſenatu. Aduerbiũ dictũ eſt. quia nunq̃ recedit a uerbo: ſiue enim dicas cras fa/
cio iuenies aduerbia uerbis cohærentia. Participiũ uocat̃ quoniã partem tenet nominis:
partemq; uerbi. q̃ſi particapiũ. Nam a nomine habet genera & caſus a uerbo tẽpora & ſi
gnificatiões. ab utroq; numerũ & figurã. Præpoſitio dicit̃: quoniã i loquẽdo præponit̃.
Dicimus. n. ante tẽplũ eſt nõ tẽplum ante eſt. Cõiunctio dicta eſt. quia coniungat elocu
tiones. ut ego & tu eamus: Interiectio dicta ẽ: quod iterponitur ad exprimẽdos animi af
fectus: ut puta heu mortuus ẽ: In his aũt octo partibus naturalis eſt ordo. Rite enim no/
men primũ ponit̃ quod ex ipſo omniũ reꝝ notitia procreat̃. Poſt hoc debet aſſequi pro/
nomen quia nominis officio fũgitur nec debet ab eius ſignificatiõe diuelli. Inde ſequitur
uerbũ quo diximus nos frequẽter uti. Inde aduerbium. quod a uerbo nunq̃ recedit. Par/
ticipiũ autẽ rite poſt nomẽ & uerbũ ponit̃. quod ex partibus utriuſq; natũ ẽ. præpoſitio
cũ uel uerbo uel nomini præponit̃ & ipſa iuſte hoc loco poſita eſt illis iam ante prædictis
quibus præponitur. Similiter cõiunctio quia cõiũgit omnia nõ debet primũ locũ tenere:
primo enim debemus ſcire quæ res coniungũtur. Interiectio ideo ultima poſita eſt: quia
nihil exprimit niſi affectus animi qui raro interponũtur:

Omẽ eſt pars orationis cũ caſu corpus aut rem proprie cõmuniter ue ſignificans
i omnibus partibus orationis definitiones eſſe debent ut ſegregentur ab illis par
tibus: & ſuæ partis quã definiũt aliquã ꝓprietatẽ dicãt. igit̃ quod dixit nomẽ eẽ
partem oratiõis ſegregauit ſyllabas a plauſibus. & quicqd. cõfuſæ uoci dat̃. Quod autẽ
dixit cũ caſu: ſegregauit a uerbis aduerbiis: præpoſitiõibus: ac coniunctionibus. Quod
autem dixit corpus aut rem ſignificare hoc ipſius proprium ẽ: Corporale autem nomen
uel incorporale grãmatici ita definierunt. Vt corporale ſit quicquid uidetur & tãgit̃ ut
lapis. Incorporale quod nõ uidetur nec tangitur. ut pietas. Item dicit aliam proprietatẽ
quod aut proprium aliquid ſignificat: aut appellatiuũ. Nam propriũ eſt: quod unus eſt
ut hector. Appellatiuũ quod multoꝝ eſt: ut homo. Scire debemus inueniri frequẽter no
mina appellatiua: quæ ſunt propria: ut fœlix quæ communi ſenſu facile dignoſcuntur:
illud etiam ſcire debemus quia ſi proprium eſt quod unus eſt numerum tantũmodo reci
pit ſingularem. Neq; enim poteſt res unius in pluralem cadere: Nam quod propria noĩa
pluraliter declinãt̃: ſciendũ ẽ nõ ab unius nomine procreatũ nnmeꝝ pluralẽ: ſed multitu
dinẽ nominũ hoc facer̃ Recte. n. Vgilius dixit. Marios & Cãillos quoniã plurales fuerũt

Appellatiuum autem nomen eſt quod cum ſit res multorum recipit tamen & numerum ſingularem in multis etiam unus tenetur.

Ompatiõis gradus ſũt tres. poſitiuus ut doctus: Cõpatiuus ut doctior. Suplatiuus ut doctiſſimus. Pleriqꝫ uolunt comparatiuũ eſſe doctiorem dicentes non eſſe comparationem quando doctior dicimus quia nõ comparat ſed præferat: ſed errant: Nam omnis comparatio id agit ut alterum præferat. Illa enim quæ æquat ſimilitudo potius eſt q̄ comparatio. Poſitiuus autem omnia recipit genera Maſculinũ ut hic doctus. Fœmininũ ut hec docta. Neutrum ut hoc doctũ. Cõmune ut docilis. Omne ut docens: Cõparatiuus uero gradus duo tantũ ſuſcepit genera. Cõmune ut doctior. Neutrũ ut doctius. Superlatiuus tria tãtũ. Maſculinũ ut doctiſſimus. Fœmininũ ut doctiſſima: Neutrũ: ut doctiſſimũ. Præterea nomina recipiunt comparationẽ ſed ea quæ ſunt qualitatis & quantitatis. Qualitatis autẽ & Quãtitatis aut ab animo dicitur ut doctus aut a corpore: ut candidus niger: aut a fortũa ut miſer. aut a menſura ut lõgus. Quare quæſitiuum eſt: utrum latinior dicer etur quod tunc dicitur cum pro diſerto ponit̃: ut ſit latinor quomodo diſertior cum autem gentem ſignificat: nõ poteſt comparari ita enim nõ poſſumus dicere latinior: quomodo nec græcior. Comparatiuus autem gradus iungitur caſibus tribus ablatiuo. ſeptimo & nominatiuo interpoſita particula q̄: ablatiuo ut doctior ab illo. Septimo ut doctior illo. Nominatiuo ut doctior q̄ ille. Sed frequẽter utimur ſeptimo ablatiuo pene nunq̄. Superlatiuus uero gradus genitiuo tantum plurali iungitur ut doctiſſimus illorum quanq̄ & ſingulari cohæret quotiens nomen eſt enuntiatione ſingulari intellectu plurale: ut. O. donaum fortiſſime gentis Tytide. illud ſane ſeruandum eſt quod & poſtea tractum eſt. Comparatiuum gradum nos & noſtro & extraneo generi coniungere. Superlatiuum autem tãtum noſtro. Dicimus enim uelocior homo hominibus & uelocior homo canibus quoniam Comperatiuus eſt gradus Superlatiuum uero gradum tantum noſtro præferimus generi ut uelociſſimus homo hominũ: nemo enim dicit homo equorum:

Enera dicta ſunt ab eo quod generant: atqꝫ ideo tantum duo ſũt genera principalia Maſculinum & Fœmininum: hi enim ſexſu tãtum generant. Genera autem aut naturalia ſũt: aut ex auctoritate deſcendunt ut hic paries hæc feneſtra. In his enim naturalem nullum intelligimus ſexum ſed eum ſequimur quem firmauit auctoritas: Cætera uero genera a ſuperioribus ueniũt: ut eſt neutrum quod neqꝫ Maſculinum ẽ neqꝫ Fœmininum Cõmune quod ẽ Maſculinum & Fœmininũ. Omne quod omnia ſupradicta continet genera Epicænum uero quod confuſum continet ſexũ. Nam inter Cõmune & epicœnum hoc ĩtereſt quod cõmune eſt ubi uiſu ſecernimus ſexum ut canis. Epicænũ eſt e cõtrario ubi uiſu nõ ſecernimus ſexũ ut piſcis. Item ĩter epicœnũ & commune hoc ĩtereſt quod ĩ cõmuni articulari ſecernimus ſexũ: ut hic canis: uel hæc canis. In Epicœno uero unus articularis ſumit̃: & utrũqꝫ ſexũ ĩtelligimus: ut hæc aq̄la. Eũ aũt ſumemus articularẽ quẽ auctoritas dederit. Nã cũ naturaliter nõ poſſumus ĩ Epicœnis ſexũ deprẽdere: debemus auctoritate firmari.

Vmerus aũt ſingularis eſt aut pluralis Dualis uero græcus nõ uſurpat̃ niſi in noĩbus duobus q̄ ſũt duo & ambo atqꝫ ideo etiã ĩ æqualiter declinãt̃.

Igura aut ſimplex eſt: aut cõpoſita. Simplex quæ unã rẽ cõtinet atqꝫ naturalis eſt: ut doctus. Cõpoſita uero quæ ex arte fit: duas res habet: ut ĩ doctus. Cõpoſita uero fit figura quattuor modis. qui ĩ arte ſũt poſiti: quod autem dixit Ex corruptis: ita ĩtelligere debemus: ut tũc intelligamus corrupta eſſe in compoſitione quotiens reſoluta ĩtegrari poſſunt ut ſi quis dicat concipio iure dicitur corruptũ

quia ſi ſoluatur facit capio: quod eſt in egrum: & conficio facit facio & ſimilia.

Blatiuus ſingularis regit genitiuū datiuū & ablatiuū pluralem ſecundum regu
las in arte poſitas. Sed illud quod dicit ablatiuo e producta uel correpta ter/
minato: ita intelligendū eſt. ut tūc producta ſit: quotiens genitiuus ſingularis
ei terminatus ſit cum uero is fuerit terminatus idem genitiuus ſingularis: ut hu
ius patris ab hoc patre. Ideo autem latini uoluerūt ab ablatiuo ſingulari regulas ſu//
mere quoniam hic caſus latinus eſt: nec eum habēt græci: & ille utiq; caſus debuit regu/
las latinis nominibus dare qui proprius latinorum eſt. Omnia nomina quæ in rerum na
tura ſūt quinq; regulis continētur quæ regulæ apud donatum non ſūt propter compen/
dium tamen tenēdæ ſūt. Colligūtur autem iſtæ regulæ de genitiuo ſingulari. Nam
hic caſus quinq; finibus terminatur aut æ diphtongo: ut muſa muſæ: aut i ut doctus do
cti: aut is ut pater patris: aut us ut fluctus huius fluctus: aut ei ut hic uel hæc dies hu//
ius diei. Ergo cum inuenerimus aliquod nomē de cuius declinatiōe dubitatur: quæ/
rundus nobis erit præcipue genitiuus qui inuētus ſi æ fuerit terminatus ad ſimilitudinē
muſæ declinabitur ita & in reliquis fiet. Sed conſtat græca nomina etiam græce poſ/
ſe declinari. Plane duos præcipue caſus in his regulis ſollicite proferre debemus. Vo/
catiuum ſecundæ declinationis & ablatiuum tertiæ in quibus contra regulas plurimū
ſibi aſſumpſit auctoritas. Vocatiuus enim ſingularis ſecundæ declinationis tum in i
exibit cum nominatiuus ſingularis in ius fuerit terminatus in genere Maſculino in pro/
prio nomine ut hic Mercurius. O Mercurii. Hoc enim nomen ius terminat nomina/
tiuū & Maſculinū eſt & proprium. Si autem nominatiuus: Vs terminatur: ut hic do/
ctus. Vocatiuum facit. O. docte: & ſi appellatiuum ſit licet ius terminatur: ut hic impi/
us. O impie. Hic egregius. o. egregie. At huic regulæ cōtrarium eſt hic filius O fili. Qua
re maiores noſtri timentes ipſum uocatiuum ſimilem fecerūt nominatiuo. Vt Virgilius
dicit. Corniger heſperidum fluuius regnator aquarū: & Lucius Octauius iudex. Ab
latiuus uero tertiæ declinationis: qui: &. i. &. e. terminatur: multum confuſus eſt tamen
hoc ſeruare debemus: ut cum nomen fuerit generis communis: quod in is mittit nomi/
natiuum & genitiuum: ablatiuum. i. terminemus: ut hic & hæc docilis: ab hoc & ab hac
docili. Item neutra omnia quæ. e. terminantur in nominatiuo: ut hoc mare: ab hoc ma
ri Ea uero quæ. x. littera terminant᷑ in. e. exeūt: ut hic calix ab hoc calice: Hæc pellex ab
hac pellice: hæc lex ab hac lege: & ſimilia. Item oīa participia. e. termināt᷑: ut ab hoc
calēte ab hoc furēte: quæ ſi nomina fuerint i. magis terminabūt᷑. Item quæ or. termināt᷑
i nominatiuo ut doctior: clarior. minor: maior: facit eni a doctiore clariore: minore: ma/
iore. Reliqua uero ſic ambigua ſūt ut uix etiā auctoritate firmēt᷑. Nā ab hac naui & ab
hac naue legimus: & ab hac puppi & ab hac puppe & ab hoc igni & ab hoc igne. In qbus
oibus meliorum auctoritas ſequenda eſt.

Ronomē dictum eſt quia ponitur pro nomine, ut ſi quis dicat Virgilius ſcripſit
Bucholica: ipſe ſcripſit. Georgica: Nec tamen uidentur pronomina. quoni/
am nominum fungūtur officio: eſſe nomina. Nam & ſi nominum uim ex/
primūt nō tamē plene exprimūt. Nomina enim poſita plenas faciūt elocu/
tiōes: Pronomina ſemiplenas Item nomīa poſita uelut ichoāt elocutiōes Pronomina
aūt uelut complēt. Qualitas pronominū pricipaliter bipartita eſt. Oīa enim pronomīa
aut finita ſūt: aut ifinita: Finita ſūt quæ recipiūt perſonas ideſt quæ definiūt perſonas &
ſūt tātū tria. ego. tu. ille. ſed ille plerumq; uariat᷑. Nā ſi ad præſentis pſonam refert᷑ tūc re
cte finitū eſt: ſi de abſente dicatur minus q̄ finitū eſt. Infinita autem pronomina uarias
habēt ſpecies. Nam licet omnia quæcunq; non recipiūt perſonas infinita ſunt tamen

Alia dicuntur generaliter infinita. Alia minus quam finita. Alia articularia uel demon/
ſtratiua. Alia poſeſſiua: Generaliter infinita ſunt quæ unicuiq; perſonæ aptari poſſunt:
ut eſt quis: & ſūt hæc ſeptē tantum quis: talis: qualis: quantus: tantus: quotus: totus:
Minuſq̄ finita dicuntur quæ commemorationem habent notarum perſonarū: ut eſt ip
ſæ: hæc ſunt ſex tantū. Ipſe: iſte: is: hic: idem: ſui. Sed ex his alia ſunt quæ abſentes ꝑ
ſonas ſignificāt: alia quæ præſentes: abſentes reliqua omnia: præſentis hæc tātum. iſte:
iſta: iſtud: & hic: hæc: hoc: quæ non nulli etiam pronomina articularia uocant: eo quod
more græcorum nominibus declinantur. Poſſiua dicuntur pronomina: quæ nos ali/
quid poſſidere oſtēdunt ut eſt meus tuus. Hæc in quattuor partes diuidūtur aut eni
utraq; parte ſingularia aut utraque pluralia aut intrinſecus ſingularia extrinſecus plura/
lia aut extrinſecus ſingularia. Intrinſecus pluralia. Vtraq; parte ſingularia ſūt ubi
& perſona poſſidentis & poſſeſſio una eſt: ut meus. Vtraq; parte pluralia ubi ſūt mul
ti qui poſſidētur & multi ſunt qui poſſident ut eſt noſtri. Intrinſecus ſingularia extrin
ſecus pluralia ſūt quæ poſſidentes unam perſonam oſtendūt poſſeſſorum plurimas ut
eſt mei: uel e contrario: ut eſt noſter. intrinſecus aut dicitur quod pertinet ad perſonam
poſſidentis: extrinſecus quod pertinet ad perſonam poſſeſſionis. Sunt autem
poſſeſſiua pronomina quinq; tantum meus. tuus: ſuus: noſter. & ueſter. Abſq; his ꝓ
nominibus quæ omnia ſūt uiginti & unūm: nullum aliud quod ſuam originem habe/
at poterit reperiri ſed ſi qua ſunt compoſitione fiūt. Scire autem debemus inclinatio/
ne pronominum plerūq; ſub una ſignificatione caſus uarie proferri ut eſt quis uel qui.
Nam poſſumus dicere mei cauſa te peto & mis cauſa te peto & tis cauſa te peto: ſed mis
& tis: de uſu receſſerūt. Item ablatiuus ſingularis aliquando uarie terminat̃: ut a quo
uel a qui. Nam dicimus a quo ueniſti: & a qui ueniſti: ſed a qui in uſu eſſe deſinit.
Datiuus etiam & ablatiuus plurales plerūq; uarii ſūt dicimus enim a quis uel a quibus
qui quidē uidet̃ hac ratiōe uariari quoniam ablatiuus ſingularis iuētus eſt uarius. Sci/
mus enim quia oīa quæ o terminãt̃ in is mittūt: quæ i in bus. Ergo ſicut dicimus ab hoc
docto: ab his doctis ita dicimus a quo a quis. Itē ſicut dicimus a puppi a puppibus ita di
cimus a qui a quibus. Sed ꝓnomina queādmodū īdeclinatiōe duplicāt caſus. Ita ple
rūq; minuūt: Nā ſūt pronomina ubi tātūmodo genitiui ſūt: ut eccum: eccam: ellum.
Sūt ubi nominatiuus & uocatiuus deeſt: ut ſui: ſibi: ſe: a ſe. Sūt ubi uocatiuus tantū
deeſt in promine quod eſt ego.

Erbum eſt pars orationis cum tempore & perſona ſine caſu. Quod dixit cum
tempore & perſona cōnexū intelligendū eſt. Neutrū enim poteſt ī uerbo ab
altero ſeparari. Nam ſi ſolam perſonam uelis itelligere pronomē eſt. ſi ſolum
tempus participiū eſt: ſi utrunq; ſimul tūc uerbū eſt. Quod autem adiecit ca/
ſu carere uelut ſuperflue eſt poſitū. Quis enim neſcit uerbū carere caſu. Sed timuit
propter illas elocutiones quæ ſic formantur quaſi caſum habeāt: ut da mihi bibere: ſic eſt
enim da mihi bibere: ut ſi dicas da mihi uinum quod utiq; caſum habet: ne qui ergo pro/
pter ſimilitudinem elocutionum putarent caſum modo infinito attribui: ideo dixit peni
tus caſum a uerbo reponi. Nam illæ elocutiones caſum non recipiunt ſed græcam elo/
cutionem ſequuntur.

Valitas uerborū diuiditur in modos & formas. Modi omnes ſūt octo. Indi/
catiuus. Imperatiuus. Promiſſiuus. Optatiuus cōiūctiuus. Infinitus: Impſo/
nalis. Gerūdiuus. Sed ex his quinq; uolūt eſſe legitimos de tribus uero dubita
tur. i. de ꝓmiſſiuo Impſonali. Gerūdiuo: Indicatiuus dr̃ modus quoniā p ipſū
quod gerimus īdicamus: ut eſt lego. Imperatiuus quoniā p ipſum īperamus ut eſt lege.

Optatiuus quoniam habet aduerbium optandi.ut utinam legam.Coniunctiuum uero
modum non ideo coniunctiuũ dicimus quia habet aliquid coniunctum ideſt cũ. Nam
& optatiuus inciperet eſſe coniunctiuus quia habet aduerbium coniunctum utinam ſed
ideo dictus eſt coniunctiuus quia in loquendo cum ſolus locutionem implere nõ poterit
coniungit ſibi indicatiuum:ut cum ſcripſero faciam & cum dixero legam:Infinitiuus di
citur modus quia nõ definit perſonas:ſed omnes tres uno uerbo profert ut eſt legere.Cæ
teri uero modi in perſonis differentiam faciunt quod probatur hac elocutione. legere uo
lo:legere uis.legere uult.Nam quoniam uolo uis uult indicatiuus eſt modus differẽtia
facta eſt perſonarum:quoniam uero legere infinitus eſt omnes uno modo prolatæ hi ſũt
generales modi.Illi uero tres de quibus dubitatur ita explicandi ſunt.Qui negant pro/
miſſiuum modum eſſe hoc aſſerunt eſſe ſuperfluum hunc putari modum quoniam indi
catiui modi ſit tempus futurum ideſt legam ſcribam.Qui autem dicunt proprium mo/
dum eſſe negãt indicatiuum modum tempus futurum per rerum naturam habere poſſe
Nam ſi indicatiuus modus ideo dictus eſt:quod ꝑ ipſum ĩdicamus.Nemo autẽ indicat
niſi quæ nouit futurum habere non poteſt quia nemo indicat.De imperſonali autẽ mo/
do hæc loquuntur.Pleriq; hunc modum dicũt quia ſic de uerbo naſcitur quemadmodũ
ceteri modi ut lego lege legitur:ſed tamen non probatur modus eſſe:ſed uerbum Nã cũ
unuſquiſq; modus:non poſſit currere per modos nam habet indicatiuum legitur.Impe
ratiuum legatur:coniunctiuum cum legatur.Item gerundiuum quem dicunt modum
pleriq; negant eum modum eſſe:ſed dicunt participiorum a paſſiuo futuri & præteriti eẽ
declinationem ſed eſt modus:quia in.o.deſinit ultimo tempore ſuo in qua littera nullũ
deſinit participium & ſignificationem habet tam agentis ꝗ patientis.quod utiq; non ha
beret ſi participium paſſiuũ eſſet:Et enim cũ dicimus cãtãdo & agentis & patiẽtis habet
ſignificationẽ:quod probat̃ teſte Virgilio.Nã ubi dicit:Cantãdo tu illũ agẽtis ſignifica
tionem oſtẽdit ubi dicit cantãdo rumpitur anguis patiẽtis.

Ormæ ſunt quattuor:per quas non declinatio:ſed ſignificatio uerborum explica
tur:quæ ideo quattuor ſunt quoniam omne quod agimus quattuor temporum
officio continetur.Nam aut cogitamus utrum agendum ſit:aut quod placuit in
cohamus:aut inchoata complemus aut completa iteramus:iccirco ipſæ formæ hæc no/
mina acceperunt una enim Meditatiua quæ non agere nos aliquid.ſed adhuc uelle age/
re oſtendit ut eſt lecturio ſignificat enim non lego:ſed legere uolo.Secunda eſt inchoati/
ua:quæ aliquid nos nuntiare oſtẽdit ut eſt caleſco quod ſignificat calere incipio.Tertia ẽ
perfecta ut eſt lego:quæ plenum oſtendit actum.Quarta eſt frequentatiua quæ nos ſæ
pe agere aliquid oſtendit:ut lectito ſignificat enim ſæpe lego.Quas formas pleriq; uelu
ti milites refutare uolunt:ſed conuincuntur ſecundum rationem naturalẽ.Multa enim
ſunt quæ proprie non niſi iſtis poſſunt explicari.Meditatiua autem formam ĩ rio deſinit
ut ſcripturio:lecturio. Incohatiua autem uerba quinq; regulis continentur.quarum ſi
una defuerit incohatiua non erunt debent enim in ſco ſyllaba exire & originem ducere a
neutrali uerbo:& tertiæ eẽ cõiugatiõis correptæ:& carere tẽpore præterito pfctõ & pluſꝗ
pfecto carere etiã participio futuri tẽporis.Ideo aũt ĩchoatiua carẽt tẽpore pfecto qa oĩa
quæ inchoãt̃ nihil perfectũ habere debẽt.Frequẽtatiua forma in to quãdo exit ſẽper pri
mæ cõiugatiõis eſt:ut lectito:as.curſito:as.ſcriptito:as. Si aũt in ſo.exeat etiã tertiæ
eſſe poteſt ut laceſſo:laceſſis:faceſſo:faceſſis.

Oniũctiões tres ſũt noĩa habẽtes ab ordĩe litteraꝝ quærũt̃ ãt ĩ qnq; rebus.i.ĩdica
tiuo modo tpe præſẽti numero ſingulari:ſecũda pſona ante litteras uel ante ſylla
bas ante litteras ĩ uerbis actiuis & neutralibus:ante ſyllabas ĩ cæteris.i.in paſſiuis

cómunibus deponentibus. Ergo ubi. a fuerit prima coniugatio eſt: ut amo amas: ubi. e.
eſt ſecūda ut doceo doces: ubi. i. tertia ut lego legis: ſed tertia plerūq; & correpta eſt: & ꝓ
ducta: quod deprehēditur hac ratione. Si correpta fuerit in paſſiuo penultima ſyllaba. e
habebit ut lego legis legor legeris. Si autem producta fuerit. i. reſeruabit ī paſſiuo: ut nu
trio nutris: nutrior nutriris. Quæ uarietas etiā de īpatiuo mō colligit᷑: nā tertia correpta
ī. e. exit: ut lege. tertia ꝓducta ī. i. ut nutri. Itē īfinitiui mōi penultīa ſyllaba quæ ſi longa
fuerit ꝓductā cōiugationē eē demōſtrat: ut nutrire. Si breuis correptā eē demōſtrat ut le
gere hæ aūt cōiugationes futuꝝ tempus īdicatiui modi uarie mittūt. Nam prima & ſecū
da coniugatio in. bo. dicūt: ut amo amas amabo. doceo doces docebo. Tertia uero corre
pta in am tantū mittit: ut lego legis legā. Tertia ꝓducta duas habet regulas requirēdas
in īdicatiui modi tempore præſenti ſi ante. o. ultimū. e. fuerit correptum ī. bo tantū mit/
tit: ut exeo exibo. Si autē. i. habuerit ante. o. futuꝝ tēpus & in bo. mittit: ut ſeruio ſeruis
ſeruibo: quas regulas. Probus artifex tuetur.

Erborum genera ſunt quinq;. Actiua paſſiua. Neutra. Communia: Deponētia.
Quæcunq; ille ſint diffinitiones quæ hic lectæ ſunt uarie tamen quantum ad ſi/
gnificationes id pertinet. Omnia iſta quinq; duas habet ſinificationes: ideſt aut
agentis aut patiētis. Hinc eſt quod in neutrali uerbo & agētis & patiētis īuenimus ſigni
ficationem. agētis ut nato: & patiētis ut uapulo. Itē deponēti uerbo ubi ſola utiq; debuit
eſſe paſſiua ſignificatio & agētis non nūq̃ īuenitur: ut eſt loquor. Cōfuſio aūt. Cōmunis
uerbi caſibus ſegregatur. Nam ſi accuſatiuū caſum iungas agētis eſt: ut criminor illū. Si
ablatiuū patientis: ut criminor ab illo.

Empora ſūt quinq;. præſens quod agit: ut lego. Præteritum īperfectū quod omiſ/
ſum eſt & nō completum ut legebam. præteritum perfectum quod completū eſt
paulo ante ut legi. Præteritū pluſq̃perfectū quod completū eſt olim: ut legeram.
Futuꝝ quod imminet: ut legā. Vnde uitioſe locūt᷑: q dicūt expecta modo egrediar. Nā
iūgūt ſignificationem futuram & præſēs tempus. Item qui dicūt cras lego lectionē: uitio
ſe loqūt᷑. Nam cū lego tēporis præſētis ſit cras uero aduerbiū futuꝝ utiq; hæc locutio nō
cohæret. Tractādum eſt illud an ſana ſit locutio hæc cras legā an cras lego. Cras lego ut
diximus uitioſū eſt. Cras āt legā ideo nō nulli uitioſū iudicāt: quoniā duo futura quaſi in
aliud futuꝝ nos deferūt.

Odi uaria tempora recipiūt. Indicatiuus enim omnia quinq; habet ſupradicta
tempora: Imperatiuus. enim uero duo tātum præſēs & futurum. Optati/
uus tria: ſed geminata. Nam præſēs & imperfectum pro uno eſt: Item perfectū
& pluſq̃perfectum habet & futurum. Cōiunctiuus tot tempora habet quot &
īdicatiuus Infinitus tria habet tempora præſēs: præteritum: & futurum. Sed ſcire debe
mus ī omnibus paſſiuis uerbis præterita tempora ideſt perfectum & pluſq̃perfectum ha
bere ulteriora præterita. perſonas omnes modi ſegregatas habēt abſque īfinito ubi cōfu/
ſæ ſūt ut diximus ideſt tres. Modus autem imperatiuus habet difficultatem perſo/
narum quæ talis eſt: prima perſona ī tempore præſēti deficit ſed ī numero ſingulari. Cæ
terum ī numero plurali nō deficit: Ideo autem deficere creditur: tam ī perſona q̃ ī nume/
ro quoniam omne imperatiuum ī alium procedit: ideſt ſecunda perſona naſcitur: ī tem/
pore uero futuro tam ī numero ſingulari quam ī numero plurali prima perſona deficit.
Secūda uero & tertia in numero ſingulari uno modo proferūtur: ut lgito tu: legito ille:
ut eſt apud Virgilium. Tertius argolica hac gallea cōtētus abito. Nam ſi dicam legi/
to: legat: legito quidem erit tempus futurum: legat uero præſens. Item tertia perſona
numeri pluralis: his: regulis cōtinetur. Indicatiuo modo tempore preſenti tertia perſona

nu mero plurali.o.accipit:& facit hanc perſonã Imperatiui modi per omnes cõiugatiões
amãt amãto:docẽt:docẽto:legũt:legũto:nutriũt:nutriũ to:quod ſeruare maiores ut ait
Horatius & quocũq; uolẽt animũ auditoris agũto. Nam diceret agãt tẽpus preſens oſtẽ
dere nõ futuꝝ. Prima coniugatio & tertia correpta tot ſyllabas habere debẽt in ſecũda p/
ſona quot in prima habet idicatiuo modo:ut amo amas:lego legis. Quod ãt aliter face/
rit anomalũ eſt:ut edo:es:comedo comes.

Duerbium dictũ eſt eo quod neceſſe habet hanc partem orationis uerbũ ſe/
qui:ut cras faciam:hodie legam:quottidie ſcribo:ſed nõ ut neceſſe eſt uerba
ſequi aduerbiũ. Ita neceſſe eſt aduerbiũ ſequi uerbũ. Nam quando dico facit
orator:eſt elocutio plena q̃q̃ ſine aduerbio. Poteſt ergo uerbũ ſine aduerbio
poni. Aduerbium autem ſine uerbo nunq̃ ponitur. In ſignificationibus
aduerbiorũ localia aduerbia diligẽter animaduertenda ſunt:quæ habẽt quattuor ſpecies
In loco:de loco:ad locũ:& per locũ. In loco ſunt hæc:hic illic:ibi:intus:foris. De loco
ſunt hæc.hinc:illinc:inde.aliunde:uno modo tam de loco q̃ in loco:ꝓferuntur.i.ſine cõ
iunctione præpoſitiones. Ad locũ ſunt hæc huc:illuc:iſtuc:illo:intro:foras. Per locũ
ſunt hæc:hac:illac:illa: Ergo animaduertere debemus:ut quotiens fuerint aduer/
bia in loco iungamus uerba:quæ habeãt hanc ſignificationem in loco:ut pura ibi ſum:
illic:ſedeo:intus:& ſimilia. Quotiens ſunt autem aduerbia quæ ſignificant ad locum iũ/
gamus his uerbis ſimiliter quæ debeãt ſignificationem euntis: ut pergo illuc: uado illo:
proficiſcor intro & ſimilia. Nam ſi quis dicat uenio ubi uitioſum eſt. Venio enim ſigni/
ficationis eſt ad locum:ibi uero in loco eſt:& duo hæc diuerſa nunq̃ cohærent. Nam om
nia aduerbia nõ recipiunt comperationem:ſed ea tantum quæ ducunt originem a nomi
nibus recipientibus comperationem.ut doctus docte:iure enim dicimus doctus doctiſſi
me quoniam & nomen ipſum facit:doctior doctiſſimus. Aduerbia autem quæ compa/
rantur in paſſiuo gradu duas habet regulas.e.&.er.ut docte fortiter. In cõperatiuo unã
ut doctius & fortius. In ſuperlatiuo autem unam.e.quod ſemper productum eſt:ut do/
ctiſſime fortiſſime. Quando autem poſitiuus.e.terminatur:& quãdo.er. datiuus ſingu
laris oſtendit:Nam.e.tum terminatur aduerbium in poſitiuo quando datiuus ſingula/
ris.o.fuerit terminatus:ut docto:docte:claro:clare. Tunc autem aduerbium.er.termi
natur quando datiuus ſingularis.i.fuerit terminatus:ut huic agili agiliter: & huic forti
fortiter. Quæ has regulas nõ ſeruant aduerbia anomala ſunt. Nomina prouinciarũ
ſemper recipiuntur præpoſitiones:ut ad campaniam pergo:de campania uenio. In cã/
pania ſum. E contraro nomina ciuitatum nunquam recipiũt præpoſitiones quando
fungũtur uice aduerbiorum. Verũtamen ſi ad locum ſignificant accuſatiui forma ſe/
quenda eſt:ut Carthaginem uado. ſi de loco ſecundũ ſeptimum loquimur:ut Carthagi
ne uenio ſi in in loco duplex regula eſt: Nam ſi nomẽ fuerit ſecundæ declinationis:ad
uerbium in loco fit ſecũdum formam genitiui. dicimus enim deli fui beneuẽti fui quoniã
huius deli huius beneuenti genitiuus eſt. Sin aũt nomẽ erit alterius cuiuſcũq; declina
tionis tũc formam ſequimur datiui caſus dicimus enim Carthagini fui. Tyberi fui:quo
niam huic Carthagini huic Tyberi datiuus eſt. Sciendum eſt ſane pauca nomina his re/
gulis repugnare:ut eſt Narbone in philipicis Cicero. Cum tu Narbone mẽſas hoſpiti/
um:conuomeres. Debuerit enim dicere Narboni. Item Virgilius ait Tyria Carthagi
